tie virtute firmiſſimus ⁊ beniuolus petit. vt
ſi malū pro malo reddiderit. decidat ab ini-
micis inanis. i. vacuatus ſit fructu magne
manſuetudinis. Et nō
ſolum hoc verum etiaȝ
(qđ grauiꝰ eſt) Si red
didi ⁊c̄. perſequatur.
e ¶ Inimicū. diabo
lum dicit. qui animas
quas comprehendit cō
terit. qꝛ homines cor-
pus ſoluȝ perſequi poſ
ſunt ſed diabolus etiā
animā qđ plus eſt. Ac
ſi dixiſſet. ſi inimicꝭ ma
la reddidi. quod tu ꝓ-
hibuiſti. deducat hono
rem ſuſcepti hominis
(qui ad imaginem dei
conſtat factus) in illuȝ
puluerem. quem proij-
cit ventus a facie terre
id eſt quaſi in nihilum
redigat. f ¶ Con-
ſurgat dn̄s in ira. q̄ nō
habet iram id eſt in vi-
dictam. M verum
hec vindicta que dicit̄
ira. in diabolum potiꝰ
debet aduerti. qui toti
ens punitur quotiens
ſibi peccator eripit̄ vt
ſic inimici illum ſenti-
ant per vindictam. quē
noluerunt ꝑ beneficia.
¶ Exaltatur deus.
quando conuerſis pec
catoribus. cōfeſſio lau
dis offertur chriſto. ⁊
hoc. In finibus. id eſt
poſſeſſione diaboli. in
qua vtiqꝫ exaltat̄ chri-
ſtus. dum a conuerſis
laudatur. g ¶ Mā
dauit dominus in pre-
cepto. hoc eſt in euan-
gelio diſcipulis. tertia
die reſurgam. precedam vos in galileam.
dixit vero propter certitudinem prophetie p̄
teritum pro futuro. Sinagoga. hic collectio
nem ſignat reproborum. que chriſtum circū
dabat. non credendo propter rebelles iude

meus ſi feci iſtud. ſi eſt ini-
quitas in manibus meis.
d Si reddidi retribuētibus
mihi mala: decidā merito
ab inimicis meis inanis.
e Perſequat̄ inimicus aīaȝ
meā ⁊ cōprehēdat: ⁊ ꝯcul-
cet in terra vitaȝ meam: et
gloriam meaȝ in puluerem
deducat ¶ Dyapſalmus
f ÷ Ex:· ſurge dn̄e ī ira tua:
⁊ exaltare ī finibꝰ inimico-
g ruȝ meoꝝ. ✳ Et:· exurge ÷
dn̄e deus meuſ :· in p̄cepto
qđ mādaſti: ⁊ ſinagoga po
h puloꝝ circumdabit te. Et
ꝓpter hanc in altū regrede
re: dn̄s iudicat populos.
i Iudica me dn̄e ſcđm iuſti-
ciam meam: ⁊ ſcđm innocē
k tiam meam ſuꝑ me. Cōſu-
met̄ nequicia peccatoꝝ: et
diriges iuſtū ſcrutās cor-
l da et renes deus. Iuſtum
adiutorium meum a domi
no: qui ſaluos facit rectos
m corde. Deus iudex iuſtus
fortis ÷ ⁊ :· patiens: nunq̄d

os qui xp̄m perſequebant̄. M Uel ſina
goga. populum fideliū ſignificat. qui credē
do. xp̄m poſt reſurrectionem circumdederūt
h ¶ Propter hanc. id eſt ſinagogam. in
qua habitare chriſtus non potuit propter in
fidelitatē. Regredi em̄
eſt. vnde veneris itera
ta via reuerti. Cum di-
cit iudicat populos. oī
potentis patris maie-
ſtas oſtenditur.
i ¶ Cum ponit̄ iudi
ca me. humilitas chri-
ſti humanitatis expri-
mit̄. que de marie vte-
ro aſſumpta eſt. Cōſtat
etiam eum peccatū nul
latenus habuiſſe. qui
peccatū non fecit. ideo
innocentiā ſuam oſten
dit k ¶ Petit pro
pheta ī perſona xp̄i ac-
celerare nequitiā pecca
torum. i. vt caro pro no
bis cito crucifigeretur
vt cito ſuus aſcenſus
clarificet̄. Directus eſt
iuſtus. quando reſurre
xit a mortuis. ⁊ ad celo
rum regna conſcendit
virtutis em̄ dei eſt. et
corda noſtra diſcutere
⁊ corporeas delectatio
nes intelligere. hoc eſt
corda ſcrutari ⁊ renes.
l ¶ Iuſtū adiutoriū
quia iam iuſto tribuit̄.
⁊ eſt quaſi medicīa ſer
uans ſalutē. ¶ Di-
cit etiam humanitas.
ſuum adiutorium a dn̄o
patre. vt nobis ſpem ī
ſe credentibus ſue pie
tatis largiretur. quod
rectis corde. ⁊ veniam
t̄buit ⁊ ſalutē. m ¶
Iuſtus iudex dicitur
deus. quia tribuit vni
cuiqꝫ in fine quod geſ-
ſit. Fortis quia nullus valet reſiſtere volū-
tati eius. Et patiens. quia quotidie expec-
tat. vt conuertat ſe peccans in penitentiam
Iraſci enim iudicum more dicitur. cum il-
lud in diuinitate non inuenit̄. Per ſingu-

los dies. id eſt cunctis momentis. quibus peccata committimus. nam vbi eſſet glorioſa patientia. ſi mox ſequeretur ſua vindicta culpam. n ℂ Gladiũ vibrabit (Terret ꝓpheta cõtumaces iudeos qui cultur idolo℞ ſeruiebant) id eſt vni- pro fraude hic ponitur. quem iude prauitas aperuit. quia primus nequiter contra chriſtum fraudem inchoauit. Effodit dum eum ĩ ſua damnatione perfecit. Incidit in foueam in mortis ſcilicet locuz. A prius eñ fraudator leditur damno ĩnocentie. ꝗ aliũ ledat damno pecunie.

cum filium ſuuz ſub lucente claritate miſſus eſt. Vibrare enim illud dicim⁹ quod modo lumen. modo tremulas vmbras oſtẽdit. quod conſtat de chriſti incarnatione prouenisse. qñ perfidis tenebras. fidelibus lumen ſue deitatis oſtendit. Arcũ. ſcripturas noui τ veteris teſtamenti accipimus. quibus cõtumaces terrentur. Tetendit dixit ne eius patientia remiſſa putaretur. Et parauit illum. hoc poteſt ꝺ deo dici. vt mos ipſe ſagittantium plene videatur expreſſus

o ℂ Per arcuz vetus ac nouum teſtamẽtum diximus. vnde effectus mort venit malis qui ex ſcripturis ꝗndoqꝫ occaſionem mortis capiunt. τ ſagittis ipſius vita preſtatur. De iſto arcu. egreſſe ſũt ſagitte. id ſunt apoſtoli. qui deſiderantiſſimiſ animis. hoc eſt ardentibus. precepta ſalutaria vti ſagitte tranſmiſerunt. quibus impij vulnerentur τ fideles curẽtur. Effecit id eſt operatus eſt. Et ꝗuis hoc deus fecit. tamen ecce τc. p ℂ Parturiuit iniuſticiam ples iudea. cum videret dominũ miracula facientem. τ de eius morte tractauit. Concepit dolorem. quando eoſ increpauit diuerſis parabolis τ a ſua puerſitate illos conuertit. Peperit iniquitatem quando dixit crucifige crucifige. ordo ꝑpoſterus eſt. prius eñ ſuggeſtione diaboli peccatum concipit deinde parturit τ paritur.
q ℂ Lacus dicitur q: ei⁹ fundus latet. τ

iraſcetur per ſingulos dieſ
n Niſi conuerſi fueritis gla-
dium ſuum vibrabit: arcũ
ſuum tetendit τ parauit il-
o lum. Et in eo parauit vaſa
mortis: ſagittas ſuas ar-
p dentibus effecit. Ecce par-
turit iniuſticiam ÷ et :· con-
cepit dolorem et peperit
q iniquitatem. Lacum ape-
ruit et effodit eum: τ inci-
dit in foueam quam fecit.
r Conuertetur dolor eiuſ in
caput eius: et in verticez
ipſius iniquitas eius de-
s ſcendet. Confitebor domi
no ſcd̃m iuſticiam eius: et
pſallam nomini domini al
tiſſimi.

ℂ In finem pro torcularibus. Pſalmus dauid.

ℂ Eccleſia laudes maieſtatẽqꝫ domini chriſti decantans. naturã eius hũa-

r ℂ Dolor eñ dictus quaſi domabilis horror. hic debem⁹ caput pro anima accipere. huic ſubiecta ſunt peccata obnoxia. quando refrenantur ne perpetrentur. Vertex eñ dictus. ꝗ dextra leua ꝗ vertat capillos. ſignat rationem. que ſupereminet menti. hec anima ſi peccatis facientibus inclinatur. neceſſe eſt. vt in verticem id eſt ſupra rationez ipſius. iniquitas deſcendat. nam cum ſupra impios peccata ꝓpria deſcendunt. ſuis ſceleribus in penas debitas deſtinantur.

s ℂ Duobus modiſ confeſſio dicitur. cum peccata noſtra ſatiſfactione damnamus. aut dignas deo laudes cũ exultatione celebram⁹ Iuſticiã qua ſuperbis reſiſtit. humilibus dat gratiam. quia ſuperboſ facit ſua crimina ſuſtinere. humiles vero dignat abſoluere. Pſallere eſt mandata domini peragere τ hymnos voce. τ intimo corde cantare.

Oratio.

Erutator cordiũ deus. libera nos a perſequentibus nos. τ da nobis in tui expectatione iudicij. firmam cuſtodiam mentis. vt non retribuamus inimicis mala pro malis. Per dominum noſtrum ihesum τc.

ℂ In finẽ ſignificare dñm iã diximus. pro torcularibus. eccleſia declarata eſt. que pro ingreſſu laudẽ dñi leta decantat A Eccia aũt eadẽ rõne torcular ꝗ area dr. Multis eñ

variiſq; ſimilitudinibus eadem res in ſcri-
pturis ſepe inſinuat᷑. In area quippe grana
a paleis. in torculari vinū a vinaciis diuidi-
tur. ita in eccl'a boni a malis nō loco ſed affe
ctu ſepant᷑. a ℂ Nomē dñi vocabulū in
inenarrabile ſonat. vñ
cum dicit. ꝙ admirabi-
le eſt: nō pōt explicare
qđ ſentit. Uniuerſa ter
qꝛ ꝑ totū mundū eius
rligio ſctā dilatat᷑. ℞
Oꝛ ꝑ nobis fact⁹ es.
ꝙ mortuus. ꝙ reſurre-
xiſti: in cūctis gentib⁹
eſt vulgatū ſed ꝛ illud
ꝙ eleuata eſt ꝛc̄.
b ℂ Magnificētia dī
ē archanū incarnatōis
xp̄i: que eleuata eſt: qñ
xp̄s reſurgens aſcēdit
in celos: vt in alio pſal
mo exaltare dꝛ ſuper ce
los deus. ꝛ ſup oēz ter
ram gloria tua.
c ℞ Hec ꝓphetia ī
euāgelio cōpleta eſt qñ
in templo pueri clama
bāt oſanna filio dauid
benedictus qui venit ī
nomine dñi. ℂ Ut
ſit ſenſus. non ſolum a
perfectis ꝛ doctis es
laudabilis. ſed ꝛ etiā ab
incipientium ꝛ ore par
uulorum mirabilis pre
dicaris. vt per infanteſ
ꝛ lactentes nō pueros
materialī lacte alēdos
ſed in fide paruulos ꝗ
rudimentis fidei inbu
ti fortiorē cibū non re-
cipiunt intelligamus. Inimicos: paganos
ꝛ blaſphemos deſignat: Defenſorē: iudeū ꝑ
uidū. ℂ ℞ Uel hereticū dicit. A Ut
diabolū ſue ſecte defenſorē ꝛ pctī: dicunt ꝗꝫ
heretici fidē ſe defendere xp̄ianā. ꝛ pctōres
veritatem dū peccata excuſant. ℂ Inimi
cū vero ꝛ defenſorē vel vltorem: iudeū perfi
dum ſpecialiter dicit. ꝗ dum patrez ſe putat
defendere: filio exiſtit inimicus. ita factū eſt
vt dei quaſi defenſor aptiſſimus deo ꝓbare
tur aduerſarius. d ℂ Uidebo celos. i.
libros euangelicos. Digitus dei dicit᷑: diui
ne opationis effectus. Lunam eccleſiam di-

nam. ad magnaꝝ rerū dic
creuiſſe faſtigia ℣ Pš. viij
a Domine dñs nr̄. ꝙ ad-
mirabile ē nomē tuū i
b vniuſa t̄ra. Qm̄ eleuata ē
magnificentia tua: ſup ce-
c los. Ex ore infātiū ꝛ lactē
tiū ꝑfeciſti laudē ꝓpter ini
micos tuos: vt deſtruas
d inimicū ꝛ vltorē. Qm̄ vide
bo celos ✱ tuos: ⁘ opa digi
torum tuoꝝ: lunā ꝛ ſtellas
e q̄s ÷ tu fundaſti ⁘ Quid ē
homo ꝙ memor es e⁹: aut
filius hoīs qm̄ viſitas eū.
f Minuiſti eū paulominus
ab angelis: glīa ꝛ honore
coronaſti eū: ꝛ ꝯſtituiſti eū
g ſup opa manuū tuaꝝ. Oia
nia ſubieciſti ſub pedibus
eius: oues ꝛ boues vni-
uerſas iſuper et pecora cā
h pi. Uolucres celi ꝛ piſces

cit: ſtellas: iuſtos hoīes. Fundaſti vt intel-
ligamus oīa in ꝑdeſtinatione dei fundata.
e ℂ Quid eſt hō cum deſpectione ꝓnun
ciandum eſt. id eſt fragilis ꝛ caduci ade ſe-
quax. qui in veteri peccato ſocia prauitate ꝑ
mixtus eſt. Huius me-
mor dñs eſt. quando ei
per ſuam miſericordiā
peccata dimittit. Filiū
hominis: filium virgi-
nis marie dic̄. A ℂ
quis viſitauit nos. cor
pus humilitatis noſtre
aſſumendo ꝛ ita a pec-
cato veteri liberando.
viſitauit dei filius. ho-
minis filium: quando
dei filius factus eſt bo
minis fili⁹ f ℂ Mi
noratus eſt em̄. non ne
ceſſitate ſed pietate et
ſpontanea volūtate for
mam ſerui accipiens:
ex ea ſiquidē parte mi-
nor factus eſt angelis.
qua crucem pro omni-
um ſalute ſuſcepit. Be
ne autez dixit paulomi
nuſ. qꝛ ꝛ ſi mortalē car
nem accepit: tamē nul-
la pctā habuit. ℞
Gloria cum in eius de
ſcenſu inferi claruerūt
Honore. cuz vicit mor
tem. Coronatus: circū
dat⁹ choro ſanctoꝝ re-
dūt ex iferis. ℂ Dñ
dicit opera manuum:
oīnis illi creatura ſub
iecta monſtratur
g ℂ Cum dicit oīa
oſtēdit ꝛ terrena ꝛ ſuperiora ei eſſe ſubiecta
Oues electum popūlū ſignat. Boues ꝑdi-
catores dicit. Inſup. i. non ſolū ſancti ſ; eti-
am peccatores (quos pecora ſignificant) ei
ſubiecti ſunt. qui bene ſunt pecora: dum in
mundi iſti⁹ voluptate paſcunt᷑. Oues ſunt
autem cum intra dei ſepta claudunt᷑.
h ℂ Uolucres celi a volatu crebro dicte
ſuperbi homines ſunt qui inflati vento ia-
ctantie quaſi per inane aeris volitant. ꝛ hu
milia deſpiciunt. Piſces pb̄us dicit. que
huius mundi naturam erratica curioſitate
pertractantes: ſicut piſces in mari natant. ꝗ

maris: qui pambulat ſemi
i tas maris. Dñe dñs no-
ſter: ꝙ admirabile ē nomē
tuū in vniuerſa terra.
¶ In finē ꝓ occultis filij.
pſalmus dauid.
¶ Propheta letum ſe di
cit dño pſalliturū qm̄ con-
fudit diabolū pauperūqꝫ
ſanguinē vindicat. ⁊ pecca
tores cum antixpo dicens
perituros. iudicij tps velo
citer aduenire dep̄catur ne
cuiuſlibet iniquitas vltra
p̄ualeat. Pſalmus. ix.
a CONfitebor ÷ tibi :- do
mine i toto corde meo
narrabo oia mirabilia tua
b Letabor ⁊ exultabo in te:
pſallam nomini tuo altiſſi-
c me. In ↄuertēdo inimicū
meū retrorſum: infirmabū
tur ⁊ peribunt a facie tua.
d Qm̄ feciſti iudiciū meū ⁊
cauſam meā: ſediſti ſuper
thronū ÷ qui :- iudicas iu-
e ſticiā. Increpaſti gentes
÷ et :- perijt impius: nomē
eoꝝ deleſti in eternum ⁊ in
f ſeculum ÷ ſeculi :- Inimici

Per nimiā curioſitatē nō cōtemplantes ce-
leſtia. inter huius ſeculi fluctus. rerū fluen-
tium occultas anguſtias ſcrutantes. putant
eſſe vitam eternam. Et hi pedibus xpi ſub-
iecti ſunt dum cōuertunt. Nam licꝫ xpo oia
iure ſubiecta ſint. illos
tñ ꝓprie dicimus eē ſb
iectos. qui ad ei⁹ onus
leue ꝑuenire meruerūt
i ¶ Repetit ſctā ec-
cleſia cōgrue ſiquidem
verſum de laude dñi.
quē in capite dixit. qꝛ
ipſe dixit ego ſuꝫ alpha
⁊ o. i. initiū ⁊ finis.
Oratio.
ADmirabile nomē
tuum omnipotēs
dñe ſupplices exoram⁹
vt qui oēm creaturam
mundi. ad vſus homi-
nis ſubieciſti: nos ad
tue ſeruitutis officium
dignos digneris effice
re. Per dñm.
¶ In finem. ꝓ occul
tis filij dauid pſalmus
Finis iſte ſignat illuꝫ:
non in quo deficit ſed
in quo creſcit. qui no-
bis initiū ē boni. finis
eſt mali. Pro occultis
filij: pſonam ſignificat
ſaluatoris. cuius miſte
ria ⁊ iudicia nobis ſūt
occulta. Tot⁹ hic pſal-
mus. in pſona eccleſie
ꝑ ꝓphetam canitur.
a ¶ In toto corde
cōfitetur deum. ꝗ nul-
lis cogitatōibus mun-
danis fluctuat. quod ē
ꝑfectoꝝ. Narrabo ⁊c̄.
R. Ac ſi dixiſſet quā
tum me docuiſti tantū
narrabo. Qui narrat
quantū intelligit: oia
mirabilia dei narrat. qꝫ
uis in ſe plura ſint.
b ¶ Plus eſt enim
exultare qꝫ letari. Exul
tare eſt animi ⁊ corpo-
ris motu maiori iocundiſſima libertate gau
dere. letari vero: animo dilatari in gaudio. le
ticia enim quaſi laticia. i. mētis latitudo. iñ
gaudio dicitur. Pſallam. R. Opere cō-
pleam. Nomen patris filius eſt. Altiſſimus
ipe eſt deus. c R. Inimicū: dicit diabo
lum. cui domin⁹ dixit. vade retro ſathanas
putant enim quidā. nō
petro ſed diabolo Pe
tro ſuggerenti dñm rñ
diſſe. vade retro ſatha
na. i. aduerſari ſeu ini-
mico. Infirmabuntur.
Hic pluraliter oēs ſa-
tellites diaboli cōp̄hē
dit. ꝗ prius fortes erāt
ꝓpter peccata nr̄a. mo-
do infirmi: nos autē in
deo fratres: peribunt
ante faciem. ¶ Id
eſt ante faciem xpi.
d R. Feciſti iudici-
um meum. vox eccleſie
ac ſi dicat: gentes ele-
giſti. iudeos reproba-
ſti. Cauſam meam. id ē
cauſaſti pro me contra
aduerſarios. ⁊ vindica
ſti me. ⁊ feciſti cauſam
meam bonam. Thro-
num grecum eſt. latine
ſedes dei. quia vnuſqſ
qꝫ ſedes dei eſt.
¶ Hic p̄ſens temp⁹
ꝓ futuro dixit iudicas
quia iudicatur⁹ ſit eq-
tatem. e R. In-
crepaſti gentes. p apo-
ſtolos. quia idola ado
rabant. Et perijt impi-
us. quia ab impio per
p̄dicatōnem factus eſt
pius. Nomen eoꝝ de-
leuit. id eſt nomen im-
pietatis. ¶ In ſe-
culum ſeculi. futurum
regnum ſignat. quod
nulla etate nullo tem-
pore finietur. eſt enim
ſeculum eternum poſt
iſtud mutabile ſeculū.
quod eſt ſeculum. id ē
ſequens eternitas iſti-
us ſeculi. id eſt iſto fini
to aliud incipit. f ¶ Inimici genitiuus
caſus eſt. i. diaboli. cuius frameā defeciſſe

teſtat̃. qñ virtꝰ diaboli in fine oĩpotẽtis iu/
dicio deſtrueret̃. Framea hebraicus ſermo
latine gladius. Ciuitates. pp̃los infideles.
quoꝝ pectora diabolus in hoc ſeculo poſſi/
debat: in vltima xp̃i manifeſtatõe dicit con/
uictos. g ¶ Cũ ſo/
nitu dicit. i. cum clamo
re maximo. qð fieri ſo/
let qñ res pſpere gra/
uiſſimo fine claudunt̃
Ut nec ptãs eoꝝ videa
tur remanere. nec nom̃
Et ecce decora nimiſq;
apta diuerſitas. q: pri/
us dixit impios perire
nunc in eternũ dñm p/
manere dicit.
b ¶ Parauit. ſ. de/
us hõ. vt qui hic in hu
militate iudicatus eſt:
ibi in maieſtate iudica
turus adueniat. Et ip̃e
vtiq; dñſ xp̃c iudicabit
Orbem terre: ſanctos
vir os debemus accipe
iſti iudicãdi ſunt in eq̃
tate qui audituri ſunt.
venite benedicti patriſ
mei. equitas eñ p pla/
ciditate ꝛ leni iudicio
poni ſolet. Populos.
pctõres dicit. Iſti cum
iuſticia iudicãdi ſunt:
q̃bus dicit̃. ite in ignẽ
eternum. i ¶ Ma/
gna cogitatio gaudio/
rũ ip̃m habere refugiũ
quẽ ꝛ iudicẽ. Pauper
dei eſt ille. qui terrena
deſpiciens celeſtia de/
ſiderat. Illud adiuto/
riũ dulciſſimũ ẽ quod ĩ
oportunitate. i. neceſſi
tate p̃ſtatur. In tribulatione. cum animus
afflictoꝝ ad compunctõem auidius incitat̃
k: ¶ Sperẽt in te. nõ in ſeculi blandimẽ/
ta reſpiciant. ſed in tuã pmiſſio nẽ cõfidant.
qui nouerunt nomen. i. qui maieſtatẽ tuam
ſanctiſſima deuotione venerantur.
N Nomen enim eſt dei dñs vel Eſt quod
nouit. qui libenter ei ſeruit qui vere eſt. ideo
nemo ſperet in trãſitorijs p̃ter fuit ꝛ erit ni/
hil habentibus. Nam quod in illis futuruz

eſt cum venerit fit ſtatim preteritum. expe/
ctatur cum cupiditate. amittitur cum dolo
re. non tenetur cum certitudine. ¶ Seq̃
tur cauſa cur ſperent in deum. quia non pa/
titur eos deſerere quos videt ad ſe confuge
re. l N Pſallite
domino. i. p̃dicate do/
minuz ꝛ opere implete
qð p̃dicatis. Syon ſpe
culatio dicitur. i. eccle/
ſia in qua habitat chri
ſtus. Annũciate. Uox
prophete admonet pre
dicatores p̃dicare ſtu/
dia eius. i. mãdata xp̃i
m ¶ Quia ſuperiꝰ
dixit predicate genti/
bus ne quiſ putaret in
ultum eſſe ſanguinem
martyrum. dixit requi/
rens ſanguinẽ vt vin/
dicta terreret pſecuto/
res. ꝛ martireſ pmiſſio
mulceree. Non eſt ob/
tus dicit. ne putent ob
liuiſci deuz (pter lon
ginquitatẽ futuri iudi
cij) retribuere bõa pau
peribus chriſti.
n ¶ Poſtulat ſibi
propheta ſic ſubueniri
vt videatur a rege chri
ſto. q: eiuſ conſpectus
auxiliũ eſt. Supplicat
iterum intelligi a dño
ſuam humilitatem de
ſuperbia pſecutoꝝ. q̃a
tantũ videntur extolli
pſecutores quantũ hu
miliant̃ martyres.
o ¶ Porta vo mor
tis eſt dyabolus vel vi
cia illecebroſa. per que
introitur ad eternam mortem. Exaltas me.
id eſt longe facis a talibus. Liberatus ex il
lis portis mortis. pollicetur ſe pnunciatu/
rum laudes domini in portis ſyon. id eſt in
toto orbe ſancte dei eccleſie. A Porte
enim eccleſie ſicut ſunt apoſtoli. ita omnia
optima ſtudia per que venitur ad viſionem
pacis in eccleſia. N Porte etiam mor/
tis heretici. ꝛ omnis mala doctrĩa porte ſy/
on. id eſt eccleſie boni predicatores ꝛ ſancti

defecerunt framee in finẽ:
ꝛ ciuitates eoꝝ deſtruxiſti
g Perijt memoria eoꝝ cum
ſonitu: ꝛ dñs ineternũ per
h manet. Parauit in iudicio
thronũ ſuũ: ꝛ ip̃e iudicabit
orbem terre in equitate: iu
dicabit populos ĩ iuſticia
i Et factus eſt dñs refugiũ
paupi: adiutor in oportu/
k nitatibus ĩ tribulatiõe. Et
ſperent in te qui nouerunt
nomen tuum: qm̃ nõ dere
liquiſti querẽtes te domie
l Pſallite dño ÷ qui :· habi/
tat ÷ in :· ſyon: ãnũciate in/
m ter gentes ſtudia eiꝰ. Qm̃
requirens ſanguinẽ eoꝝ re
cordatus eſt: nõ eſt oblitꝰ
n clamorẽ pauperũ. Miſere
re mei dñe: vide hũilitatẽ
meã ꝺ inimicis meis. Qui
o exaltas me ꝺ portis mortis
vt annunciẽ oẽs laudatio-

doctrina. p ¶ Merito ergo ſe dicit pro-
pheta in ipſo gaudere. i. in xp̄o. vbi gaudij
nullus eſt finis. Infixas enim gentes dicit.
que timore dn̄i non tenentur. id eſt qn̄aſi q̄-
buſdam clauis peccatoꝝ ligatas. vt non va
leant ſe excutere. quod
nō improbe ad iudeos
ptinere dicimus. vt ita
ſint malis ſuis affixi in
dei perfidi: ſicut in cru
ce clauis dn̄m infigere
decreuerunt. pena etiā
cuiqꝫ ſua eſt iniquitas
q ¶ Laqueū ꝗo oc-
cultauerunt quantum
potuerūt. ⁊ tamē xp̄m
nil celare valuerūt. Cō-
prehenſos illos dici-
mus quos captio no-
doſa cōſtringit. ſic fuit
pes eoꝝ. i. greſſus ani-
mi. ⁊ deſideriū prauuꝫ
quod eos ambulare fe
cit ad vicia. A La-
queus quippe occultꝰ
doloſa cogitatio. pes
anime amor. qui ſi praꝰ
uus eſt dicitur cupidi-
tas. ſi rectus charitas.
eo mouetur aīa quaſi
ad locuꝫ quo tendit. i.
delectatōem bonam vł
malaꝫ. r ¶ Cogno
ſcetur dominus quan-
do humanū genus ſiue
a ſiniſtris ſeu a dexteris
iudicio dei erit ſegre-
gatū. Cōphenſus eſt
peccator operibꝰ ſuis.
cum ſm̄ qualitatē ope
ris ſui dignā recipit vl
tōem. s ¶ Cōuer-
tētur peccatores dicit
. i. ab huius mundi de-
lectatōne tollantur. ne
diutius poſſint in ſua
voluptate gaudere. Infernus aūt dictꝰ eſt
ab eo ꝙ illic aīe iugiter inferant̄. ad quē ſi-
ne dubio puenturi ſunt. q̄ dn̄i p̄cepta ɔtem-
nūt. Obliuiſci dn̄m eſt ſe inuolui erroribus
ſupſtitionū ⁊ ceno voluptatis. nā ecōtrario
illius memores ſunt q̄ talia nō requirunt.
t ¶ Non enim obliuio erit pauperis qn̄

nes tuas in portis filie ſyō
p Exultabo i ſalutari tuo: in
fixe ſunt gentes in interitu
q quē fecerūt. In laqueo iſto
quē abſconderūt. compre-
r henſus ē pes eoꝝ. Cogno-
ſcet dn̄s iudicia faciēs: in
operibus manuū ſuarū cō
prehenſus eſt peccator.
Canticū dyapſalmatis.
s Cōuertātur peccatores in
infernū: oīes gentes que
t obliuiſcūtur deū. Qm̄ nō
in finem obliuio erit pau-
peris: patientia pauperuꝫ
v nō peribit in finē. Exurge
dn̄e nō cōfortetur homo.
iudicētur gentes in conſpe
x ctu tuo. Cōſtitue dn̄e legiſ
latorē ſup eos: vt ſciāt gē-
tes quoniā hoīes ſunt.
y Dyaſpalma. Ut quid
dn̄e receſſiſti longe. deſpi-
cis in oportunitatibꝰ in tri
bulatōe. Dū ſupbit impiꝰ
incenditur pauper: comp̄-

venerit dn̄s in fine ſeculi iudicare mundū.
dicit etiam non perire patientiā que fideles
coronat. Nam ſi deeſt homini patientia ani
ma eius non eſt pfecta. In finem.
N Quia ſi differtur auxiliuꝫ a ſanctis tn̄
non aufertur niſi ve-
nit. v ¶ Proſperit
ppha aduentuꝫ anti-
xpi ⁊ pclamauit. Exur
dn̄e. non cōfortetur. i.
non p̄ualeat homo peſ
ſimus ſcꝫ antichriſtus
cuius nequitiam non
valet ſuſtinere huma-
na cōditio. Gentes eti
am petit iudicari celer
rimo aduentu. que cuꝫ
ip̄o antixp̄o ſcelera ma
gna facture ſunt.
x ¶ Legiſlatorem.
hic antichriſtū dicitꝰ vt
talis princeps deſ pec
catoribus. non qui eoſ
regat ſed cum ipſis ſi-
mul depereat.
N Sciant cum dā-
nate fuerint gentes ⁊c̄.
quoniaꝫ ſpem ſuam in
hominē poſuerūt ⁊ nō
in deum.
¶ Tamen legiſlator
veriſſimus ſolus deus
antichriſtus ꝗo male
⁊ falſe legiſlator erit.
y ¶ Non ceſſit lon-
ge xp̄c. qꝛ vbiqꝫ totus
eſt. ſed quaſi receſſiſſe
creditur cum ſubueni-
re tardauerit. Deſpicē
eū nos credimus ſi vł
minimo tempe ab auxi
lio dei differamur. hoc
dixit ꝓpheta pro anxie
tate gementium. Sed
ille tunc magis preſtat
cū magne patiētie no-
bis ſolacia miſtrat. z ¶ Supbit impiꝰ.
Cū facta ſue maligne volūtatis ſupbus ex
pleuerit tūc magis incēdit paup catholicꝰ
ad ſtudiū ꝟtutis. qꝛ dū viderit pctōrē nimis
exaltatū facile nouit caſurū. ſ iſti ipꝯ ɔp̄hē
dūt debitꝫ penis puniēdi. A Uꝉi ɔſilijs
cogitatōnū malaꝝ q̄bꝰ cogitāt ɔp̄hēdē ſcōs

ad affligēdū. Et cur ſupbiat impius ſubdit. qm̄ laudat᷑ ⁊c̄. Et hec ē magna ira dei in impiū. vt deſit correctio ⁊ aſſit adulatio. adulātiū. n. lingue alligant aīas in peccatis.
a ¶ Malus em̄. dū ab alio peccatore laudat᷑. extollit᷑ in deſiderio laudis. nec ꝺ correctione cogitat. cui laudator blādiens inuenit᷑. Sequit᷑ argumentū eius iniq̄tatis. vt ille benedicat᷑ qui male potius agere cognoſcitur. deceptus adulātiū falſitate. b ¶ Exacerbabit dn̄m peccator. i. ad iracundiā concitabit ſua indicibili ſupbia. qꝺ ꝓprie ꝺ antixp̄o dat᷑ intelligi. qui irritat verū dn̄m. qm̄ ſe ſua fallacia non ſolū terre nū regē ſed etiā rerum oīm p̄dicabit deū. ſed hoc ei erit ad ruinam. ideo vt falſus deus. flāmis dignis punietur. Nō requiret deū antixp̄c: vt ſua peccata crudelia dimittant᷑. q2 in cōſpectu ſuo nō h3 deū. īō ſubdit᷑ non eſt ⁊c̄.
c ¶ O q̄ profunda cecitas. deum ante oculos nō habere. De antixp̄o dicit. oēs ſemitas eius eē pollutas. i. cogitatōes ⁊ facta ſordida. neceſſe em̄ eſt vt ſint cōtaminata q̄ peſtiferi ducatu dyaboli ſordidant᷑. d ¶ Auferunt᷑ iudicia dei a corde impij: qm̄ videt tardius venire qꝺ celerit᷑ meruerit ſuſtinere. H̄ illi quoq3 auget interitū: q̄ dū tenere principatū inimicoꝝ ſuoꝝ. qua gloriatōe ad ſcelera pnior erit: cum nullū ſibi obuiā ire cognouerit. e ¶ Dicit antixp̄c. nō mouebor. i. nullam gentē intactā relinquo. ſed pgam ꝺ gente in gentē vindicādus. Actus vō ſuos oſtendit vno verbo: qm̄ ſe dicit ſine malo nihil eſſe facturū. f ¶ Nequitia eius duplici pueſitate deſcribit᷑. In ore quippe habebit blaſphemā maledictōem. cū ſe filium dei mentit᷑. Amaritudinē. qm̄ ꝯdicentib⁹ ſibi penā mortis indicit ⁊ ad ſupplicia iubet puenire. Labor cum diuerſis cladibus affligit innoxios. Dolor: cū martires facit. Hec habet in ore que locutus eſt publice. hec vō habet ſub lingua q̄ cogitat. Cogitat vō laborem ⁊ dolorem. q2 ſine his cōſummari nō pōt corona martirij.
g ¶ Cum dicit. ſedet in inſidijs: act⁹ antixp̄i compauit ꝯſuetudini latronū. qui ſe occultant vt interficiant innocentes. Diuites h̄ in malo accipiuntur. ſicut pauperes in bono. ¶ Diuites enim ſeculi dicit. quos ditabit vt eoꝝ gloria alios decipiat. ¶ Interficere innocentem. eſt ꝺ religioſo facere ſacrilegum eiuſq3 animā ꝑpetua morte damnare.
h ¶ Cum dicit. oculos eius in pauperem. ſc3 ſpiritu reſpicere. ſciendum. q̄ non reſpicit vt proficiat illi pauperi. ſed ideo intendit vt occidat. ¶ Leonē antixp̄m nominat. diabolus quoq3 ⁊ leo ⁊ draco dicit᷑. Leo qm̄ aperte perſequitur. draco: quando occulte nocet. ¶ Quod ait vt leo ad vim pertinet. ſed q̄ addit in cubili ſuo. ad dolos pertinet ſuos. q̄bus laceraturus eſt xp̄ianos. i ¶ Iteratio inſidiarū: nimiā calliditatē hoſtis oſtendit. Rapere paupem: ſubitū periculū anime ſignificat. Dum attrahit eū. i. dum illū moliťr a veritate reducere. ⁊ ad veneratōnem ſui nominis molitur adducere. k ¶ Laqueus: ſignificat dolum. quo corda ſimpliciū capiunt᷑. Humiliabit autem. qm̄ de vera religione cadunt ex ſuaſione diaboli. qui ad inſanam doctrinam perducuntur. Incli‑

hendūtur in cōſilijs q̄bus
a cogitant. Qm̄ laudat᷑ peccator in deſiderijs aie ſue:
b ⁊ iniquus benedicit᷑. Exacerbabit dominū peccator ſcḋm multitudinē ire ſue nō
c queret. Non ē deus in cōſpectu ei⁹: inquinate ſunt
d vie illius in oi tp̄e. Auferunt᷑ iudicia tua a facie ei⁹ oīm inimicoꝝ ſuoꝝ domia
e bitur. Dixit enim in corde ſuo: nō mouebor a gnātiōe i
f generatiōē ſine malo. Cuius maledictōne os plenū eſt ⁊ amaritudine ⁊ dolo: ſub lingua eius labor ⁊ do
g lor. Sedet in inſidijs cum diuitibus in occultis vt in
h terficiat innocentē. Oculi eius in pauperē reſpiciunt: inſidiat᷑ in abſcondito qua
i ſi leo i ſpelūca ſua. Inſidiatur vt rapiat pauperē: rape
k paupe3 dū attrahit eū. In

nabit ſe tyrannus. cum animũ ſuũ remiſerit
in aliquod ocium ceſſando a tanta pſecutio
ne nimia acquiſitõe pditoꝝ ſatiatus. Poſt
penas afflictõeſq; iuſtoꝝ: cadet nequiſſim⁹
cum ſuis ſequacibus de ſua p̃ſumptõe quã-
do illi ſupuenerit repẽ
tinus interitus. finem
eñ ſeculi infelix neſcit
qm̃ eum in ſua poteſta
te dñs cõſtituit.

la vtilitate fraudatur: hoc eſt enim pio prin
cipi dimitti quod bonis oĩbus tradi. Pau-
per enim dictus a paulo lare. Pupillũ xp̃o
dicit non cuius genitor carnalis occubuit.
ſed cui pater ſepult⁹ eſt. id ẽ mundus quem
non amauit. Tu eris
adiutor dicit. vt cum
carnaliter affligi vide-
as. eos nõ dubites eſſe
liberandos.

N Ideo cum ſe ſpe-
rabit adhuc longe vi-
cturũ: repentinus ei ſu
perueniet interitus.
l ¶ Nimis ſtulta co
gitatio. putans dñm fi
deles ſuos nolle reſpi-
cere ꝑ quibus paſſio-
nẽ ſuſtinuit. cum ꝓpter
ipm. doceãt oĩa pena-
lia ⁊ aduerſa ſuſtinere
m ¶ Exurge deus.
hoc eſt. celeriter veni.
Exaltetur manus tua.
opatõem iudicij ſignifi
cat. Illud eñ ꝓpha de-
ſiderabat venire. vnde
antixp̃c poſſet occũbe-
re. Ne obliuiſcaris nũc
rogat. ne ſcõm votũ ti-
ranni obliuiſcatur pau
perũ in finẽ ſeculi. vbi
retributio ẽ futura me
ritoꝝ. n ¶ Inter-
rogando eñ dicendũ
eſt ꝓpter quid irritauit
impius deum. Reſpon
dendũ. iõ quippe. qm̃
deum impius putabat
non poſſe ſua facta req̃
rere ⁊ pauperum iniu-
rias. quaſi circa cardi-
nes celi deuſ ambulãs
noſtra non conſidera-
ret ſed inueniet memo
rem in futuro quẽ ſperabat oblitum.

laqueo ſuo hũiliabit eum: in
clinabit ſe ⁊ cadet cũ dñã-
l tus fuerit pauperũ. Dixit
enĩ in corde ſuo oblitus ẽ
deus: auertit faciẽ ſuã ne
m videat in finẽ. ÷ Ex:· ſurge
dñe deus: exaltet̃ manus
tua ne obliuiſcaris pauperꝝ
n Propter quid irritauit im
pius deum: dixit eni in cor
o de ſuo nõ requiret. Vides
qm̃ tu laborẽ ⁊ dolorẽ cõ-
ſideras: vt tradas eos in
p manus tuas. Tibi dereli-
ctus eſt paup: orphano tu
q eris adiutor. Contere bra-
chiũ peccatoris ⁊ maligni:
queret̃ peccatũ illius ⁊ nõ
r inuenietur. Dñs regnabit
in eternũ ⁊ in ſeculũ ÷ ſecu
li:·: pibitis gentes d̃ terra
s illius. Deſideriũ pauperũ
exaudiuit dñs: p̃patõẽ cor
dis eoꝝ audiuit auris tua
t Iudicare pupillo ⁊ humili

q ¶ Redit nequicia
antixp̃i ante oculos ꝓ-
phete ⁊ rogat. contere
brachiũ eius. id eſt ad
nihilum redigi poten-
tiam. qua male vteban
tur peccatores quia in
ſigniter impia faciebãt
Malignuſ. q: iniquus
ſuaſor erit. vt quos ter
rore non poteſt peruer
tere. ſaltem pnoxia pre
mia conetur declinare.
N Queritur pecca-
tum illius nec inuenie
tur. hoc eſt ad emenda
tõem nõ eſt dignus ve-
nire. ¶ Addidit. nec
inuenietur. quia dubi
um non eſt perire ſcele
ſtam poteſtatem cuius
auctor eſt damnandus
N Ut ſic inueniatur
peccatũ ⁊ peccator ad
damnatõnem. que non
inueniuntur ad emen-
dationem.
r ¶ Interfecto anti
xp̃o: redit propheta ad
ordinem futurarum re
rum. vbi iam ſecuritas
ſanctorum ⁊ regnũ et-
nũ xp̃o deo eſt. Gen-
tes: peccatores ⁊ impi
os dicit. qui feralit̃ vi-
uunt. De terra illius. regnum ſignat ſalua-
toris. quo ſoli beati perfruuntur.

o ¶ Propheta loquit̃ ad deũ. vides qm̃
tibi nullus illudat. conſideras. n. laborem ⁊
dolorẽ quẽ ille pfidus ſub lingua habuit. i.
in cogitatione ſua reuoluit. Ut tradas eum
. i. iudicio traditus nõ euadet. ſed digna fa-
ctis recipiet cũ eterna dãnatõe torquebit̃.
p ¶ Cum dicit tibi derelictus eſt pauper
oſtendit quoniã q̃ domino derelinquitur nul

s N Deſiderium pauperum. dicit volunta
tem eccleſie. vt ei tribueret regna celorum.
¶ Et preparationem cordis. i. concupiſcẽ
tiam. que oſtendit virtutẽ animi ardore mẽ
tis. N Aurem dei. clemẽtiã diuinã dicit
t ¶ Ecce auctoritate ꝓphetica admone-
mur pupillum humilem deo eſſe gratiſſimũ.

Cuz pupillus humilis dicit: iuſtiſſimus ap
probat vt nõ apponat vltra. h ẽ. In Ut
nõ eleuet antixp̃c ſe vltra ſup electos dei. qꝛ
¶ Tunc oĩa mala finienda ſunt: cum au
ctoꝛ moꝛtis cuz ſua plebe damnabitur. Hec
ſunt occulta filij q pſal
mi huius titulus canit

Oratio.

Confeſſioni noſtre
piam aurem deus
clemens aperi. qui ſpe
rantes in te nunq̃ cõ
ſueuiſti relinquere. vt
exaltati de poꝛtis moꝛ
tis ꝑpetue. poſſimꝰ ſal
ui tentatoꝛis occultas
inſidias effugere. Per
¶ Sciendũ eſt hunc
pſalmuz ꝓbatũ eſſe ad
hereticos deſtruẽdos.
a In In dño confi
do. Uox eccĩe ꝯtra he
reticos. ¶ Ac ſi di
xiſſet dum ego ſum ĩ re
ligionis fixo cacumine
cõſtitutus quõ ſuade
tis me. Tranſmigra in
montẽ. i. ad hereticam
prauitatem: mentiẽtes
eẽ xp̃m ibi vbi veritas
eſſe nl'la ꝓbat. Mons
ſignificat eleuatã ſup
biam mentis. qua ſola
hereſis incurrit. dũ he
retici humilibus cõſen
tire nolentes ſup eccle
ſiam ſe erigere conant
Paſſer hẽticũ ſignat.
qui ad nequiſſimas ꝓ
dicatões inconſtantis
animi leuitate tranſfer
tur. Inſtabil' eñ auis
paſſer. ⁊ alij in foꝛami
nibus parietũ. alij ĩ ro
ſcidis vallibus. nõnul
li in ſqualidis mõtibꝰ
habitant. b In Qm̃ ecce peccatoꝛes. i.
heretici. intenderũt arcum. i. oꝛa illoꝝ cõtra
eccĩam intenderunt arcum. i. potẽtiã verbo
ſitatis ſue. ¶ Parauerũt ſagittas. i. ver
ba venenoſa. In pharetra. i. in coꝛde.
In Ut ſagittent ⁊c. i. cum viderint in ec
cleſia obſcuratos imperitia vel ſimplices la

vt non apponat vltra ma
gnificare ſe hõ ſup terram
¶ In finẽ ÷ pſ̃ :· dauid.
¶ De hereticis ꝓpha di
cit. qui nitunt catholicos
in ſuam conuertere praui
tatẽ. dñi illis iudiciũ cõmi
nans. ⁊ quid in illa retribu
tõne debeant ſuſtinere.

Pſalmus. x.

a In dño confido: q̃uo
dicitis aĩe mee tranſ
migra in mõtẽ ſicut paſſer.
b Qm̃ ecce peccatoꝛes intẽ
derunt arcum: parauerunt
ſagittas ſuas in pharetra:
vt ſagittent in obſcuro re
c ctos coꝛde. Qm̃ que ꝑfeci
ſti deſtruxerũt: iuſtꝰ ÷ au
d tem :· quid fecit. Dñs in tẽ
plo ſancto ſuo: dñs in celo
e ſedes eius. Oculi eiꝰ ÷ in
paup̃em :· reſpiciũt: palpe
bꝛe eius interrogãt filios
f hoim. Dñs interrogat iu
ſtum ⁊ impium: qui aũt di

queis doloſis vel occultis illiceant.
¶ Recti coꝛde ſunt dicti qui nulla iniqua
ꝑſuaſione decipi poterunt. vel in obſcuro.
id eſt obſcuris ⁊ ambiguis ſententijs eoꝛuz
vel cum ꝑſecutõibus tetris ꝑturbat eccleſia
quando timoꝛe pericu
li carnalis homĩes cre
duntur facilius ĩmuta
ri. c ¶ Dicit idem
ꝓpheta deſtruxiſſe he
reticos legem dei cum
interpꝛetationibus fal
ſis. cõuertentes in ne
cem que a dño ꝓpheta
ta ſunt ad ſalutẽ. Sub
iungitur defenſio do
mini xp̃i. Iuſtus quid
fecit. In Hoc ẽ xp̃c
mundum redemit.
¶ Uel ſi ſcripturas
ſubuertere volunt, q̃d
fecit eis iuſtus ꝙ etiaz
illum ꝑſequunt.
d ¶ Templum eñ
dei ſanctum eſt: quod
eſtis vos. vt ſciat here
ticus ſe poſſe a deo diſ
perdi: a quo noſcũtur
coꝛda recte credentiuz
poſſideri. Celum enim
ſanctos viros ſignifi
cat quos diuinitas in
ſidere dignatur. Terre
re igitur hereticos a ſe
ductione bonoꝝ. domi
ni iudiciũ nititur pro
pheta. vt ſi iuſtos ſedu
cere non timent: ſaltez
eum qui in iuſtis eſt et
habitat timeant.
e In Oculi domini
. i. aſpectus ⁊ clemẽtia
diuinitatis: pauperem
ꝑplm xp̃ianum reſpicit
ad adiuuandũ.
¶ Palpebꝛe dicte a
palpitando: ſignant ſubtilitatẽ diuini iudi
cij ac iudicia dei occulta. in q̃bus nos inter
rogat. i. cognoſcit. quid habeat vnuſquiſq̃
f In Dñs interrogat. i. cognoſcit ⁊ pro
bat iuſtum ⁊ impium. ¶ Hoc ideo dicit:
vt vnuſquiſq̃ circũſpiciat conſcientiã ſuaz.
de qua nouit ſolum deum ferre iudiciũ. Nõ

euim iuſtus eſt quez homines dicunt ſ; quē
deus pbat iuſtum. Quid eſt diligere iniqui
tatem niſi diabolū ſequi:ſemetipm pſequit᷑
qui diabolū ſequit᷑. dum illas ſemitas vult
ire que ad fugienda loca penaꝝ pducunt.

exclamat ad dn̄m ppheta. petit ſe ſaluū fieri
ab illo:a quo veram medicinā nouerat inue
nire. dicens ſanctū deeſſe:aliter em̄ ſanctus
deficere non poterat niſi fuiſſet inter homi-
nes veritas iminuta. Uerū cum dicit dimi-

g ℂ Pluit. ſ. verba
pdicationis que pijs:
imbres ſunt. pfidis au
tē laquei igniti. Ignis
etiam eſt cum eos fla-
mea cura conſumit cu-
piditatis. ℟ Sul
phur. putredo peccato
rū. ℂ Spūs pcella-
rū. dum ſe confundunt
mente tumultuoſa. ps
calicis eoꝝ. i. menſura
q̄ pollutis actibꝰ ebriā
tur. ℟ Uel ignis.
cupiditas. Sulphur.
peccatoꝝ putredo. ſpi-
ritus pcellarū:pena et̄
na: ⁊ quoſ ignis exurit
tempeſtas examinat.
b ℂ Iuſtuz dicit do
minū: amare iuſticiam
q2 neſcit alios reſpice-
re:niſi qui nolūt cuſto
dire iuſticiā. Equitatē
illam. ſ. quam ipe pro-
pitius concedit. Vultꝰ
dei pͥciatōem ſignifi-
cat.

Oratio.
DIrige oculos pie-
tatis tue ſup hūi-
lem paupratis noſtre p
ſonam oipotens dn̄e. ⁊
⁊ circūda nos fidei ar-
mis. vt ab iniquitatuz
ſagittis eruti valeamꝰ
equitatē ⁊ iuſticiam cu
ſtodire. Per.
ℂ In finem: p octa-
ua die: vt in ſexto pſal-
mo iam dictum eſt ad
eternam ptinet requiē.
petit itaqꝫ ppheta iniq
tatem mundi deſtrui:
vt ad illam veritatē fu
ture pmiſſiōis debeat
puenire.
s ℂ Saluū me fac.

ligit iniquitatē odit animā
g ſuam. Pluit ſup peccato-
res laqueoſ:ignis ✱ ⁊:· ſul
phur ✱ ⁊:· ſpūs pcellaꝝ ps
b calicis eoꝝ. Qm̄ iuſtꝰ dn̄s
⁊ iuſticias dilexit: equita-
tem vidit vultus eius.

¶ In finem p octaua die.
pſalmus dauid. ℂ Sal-
uum ſe ppheta mūdi iſtiꝰ
peruerſitate fieri petit. qm̄
doloſi atqꝫ ſupbi. potētiā
dei ſceleratis oblocutōni-
bus abnegabant. pmiſſio
nēqꝫ patris p filium dicēs
faciendaꝫ:eloquia dn̄i ſub
breuitate collaudant.

Pſalmus. xj.

a SAluū ÷ me :· fac domi
ne qm̄ defecit ſanctꝰ:
qm̄ diminute ſunt verita-
b tes a filijs hoim. Uana lo
cuti ſunt vnuſquiſqꝫ ad p-
ximū ſuum:labia doloſa in
corde: ⁊ corde ÷ locuti ſ᷑ :·
c Diſpdat dn̄s vniuerſa la-
bia doloſa:linguā magni-
d loquā. Qui dixerūt linguaꝫ
noſtram magnificabimus:
labia noſtra a nobis ſunt:
quis noſter dominus eſt.

nutas:euidenter oſten
dit deprauata dei mu-
nera ex culpis hominū
⁊ collata beneficia. p-
pria peruerſitate macu
lata. dicit Xᵒ veritates
de veritatibus hominū
loquens. vna eſt dei ve
ritas qua illuſtrent᷑ ani
me ſancte.

b ℂ Uana falſa ſi-
gnificat. quando con-
tra dn̄m teſtimonia fal
ſa querebant: tunc imi
nute ſ᷑ veritates. Pro
ximos dicit. non tā co-
gnatione generis q̄ꝫ p-
ticipatōe ſceleris ſocia
tos. In corde ⁊ corde:
quotiens volumus do
loſos oſtendere: dupli
cia eoꝝ corda declara-
mus. quādo ſimplices
vnum coꝛ in eis eſſe te
ſtamur. Locuti ſunt vt
ſubaudias mala.
c ℂ Diſpdat dicit᷑.
contra iudeos. vt paſ-
ſim pereant. q̄ ſe in vna
prauitate collegerant.
Lingua magniloqua ē
que ſibi aliq̄d magne
poteſtatiſ aſſumit. ⁊ ne
hic in bono linguā ma
gniloquā accepiſſes. p̄
dixit labia doloſa. Cō-
ſidera Xᵒ pietatem di-
centis qꝛ non homini-
bus (quia aliqui cōuer
tendi erant) ſed ipis vi
cijs maledicit.
d ℂ Illos exponit.
qui in proſperis rebus
ſe iactantes:gloriaz ſu
am exaltare preſumūt.
⁊ ſibipſis deputāt nō a
deo accepiſſe. Iſtō q̄s

noſter dñs eſt: ſacrilegoꝝ verba ſunt contra dicentiū vero deo. ꝛ ſupboꝝ. A Ipocritarū ꝛ philoſophoꝝ q̄ ingenio ꝛ ſtudio ſcientias ꝛ eloquentiā acquiſitas ex ſeipis habere putant. cōtemnētes nō habentes eas. ido ſubdit. e Exurgam dicit ꝓpheta in pſona patris ꝺ filio: exurgam .i. appaream et manifeſtabor in filio.

impios ambulare. eſt tortuoſis moribꝰ viuere. qui nūqꝫ rectam viam ambulant xp̄o derelicto. qui eſt vera via. Scdm altitudinem tuam. non ſm meritū hoīs ſed ſm potentiā diuine volūtatis multiplicat̄ eccia. Hoc eſt de pietate ꝛ mīa eius: pcipiens in retributōe xp̄i ꝓmiſſa. In finem. hic tp̄s ſignificat incarnatōis xp̄i.

N At eos qui in miſeria ſunt in mundo redimat. f N Ponā in ſalutari (vox patris). i. ſalutē ꝛ cōſolatōem pauperū gentiū in filio: qui eſt leticia ꝯ gemitū. Fiducialiter agam in eo. Id ē in filio. qꝛ ptās patris: fiducia ē filij. cuiꝰ volūtati nullus valet obuiare. qꝛ eloquia ꝛc̄.

g Hic eloquia domini laudāt̄ (que nullo mēdacio. nulla adulterina falſitate fuſcantur) cū dicit. eloq̄a caſta. ſupius ꝺo ſmo humanus arguit̄ cū dicit vana locuti ſunt. Argētum terre. igne examiatū ſolet eſſe puriſſimū. qn̄ frequenti fuerit decoctione mundatū. ſic eloquia dñi pura. pulchra ꝛ rata. purgatū vl̄ examinatū. cōtra illud ponitur: qꝺ de peccatoribus ait. labia doloſa i corde ꝛ corde ꝛc̄. Septuplū. ſeptiformē ſpiritū ſignificat. i. timorē dñi. pietatē. ſcientiam. fortitudinē. conſiliū. intelligentiā. ſapiam.

e Propter miſeriā inopū ꝛ
gemitū pauperū: nūc exur
f gam dicit dñs. Ponā in
ſalutari: fiducialit÷ agā: i
g eo. Eloquia dñi eloquia ca
ſta: argentū igne examina
tū: ꝓbatū terre purgatū ſe
h pultū. Tu dñe ſeruab nos
ꝛ cuſtodies nos a genera
i tōe hac i eternū. In circui
tu impij ambulant: ſm al
titudinē tuā multiplicaſti
filios hoim.

In finem pſalmꝰ dauid.

Reſpiciēs ꝓpheta mūdū ydolatrie mancipatū: credulitatē ſuā aduētu ſancte incarnatiōis poſcit expleri. vt vel ſic ꝯfuſa gentilitas ſuū poſſet agnoſcere creatorē. Pſ. xij.

a Uſqꝫquo dñe obliui
ſceris me in finē: vſqꝫ
quo auertis faciē tuā a me
b Quādiu ponā conſilia in

Oratio.

Miſerere fragilitatis noſtre ſanctiſſime pater. ꝛ cōcede nobis eloquia tua. pudico corde continere. vt poſſimus multiloquā doloſitatē inſanientiū declinare. Per do.

a Totus hic pſalmus de charitate loq̄tur xp̄i. plenus ꝓpheta dñi charitate cōfidēter dicit differri ſe diutius ab expectatione ſua et aduentu illius. quē lꝫ firma fide crederet eſſe venturum. tñ de eiꝰ tarditate cōquerit̄: cuius adhuc ſperatū aduētū citius nō merebat̄ cernere. qm̄ oī deſiderāti: valde moleſta dilatio ē. a Uſqꝫquo cū dicit. apparitōem poſtulat xp̄i. quā in ſpū videbat. vſqꝫquo. i. quouſqꝫ q̄ꝫdiu nō liberas.

N Poteſt ꝺo cū ꝓpheta quilibet penitēs ſub peccatis gemēs dicere vſqꝫquo ꝛc̄. perſequunt̄ eñ demones ꝛ mali hoīes grauiſſime

A Per que diuinū eloquiū ſplendet: duꝫ verbi dei dei p̄dicatores ꝛ ſm eloquia eiꝰ viuentes his chariſmatibꝰ refulgent.

h N Tu dñe ſeruabis nos in eternū (eccleſia rogat) id eſt in fide ſeruabis. Et cuſtodies: ab hereticis vel iudeis. ſiue a peccatoribꝰ: ſiue dyaleticis ꝛ phis iſtiꝰ mūdi in eternū. Hic cōſeruat ne pereamꝰ. ibi letificat: in eternū ꝛ coronat. i In circuitu

vere penitentes ꝛ xp̄i mādata ſeruare cupientes. In finem. i. vſqꝫ ad xp̄i aduētū. b Cum dicit q̄ꝫdiu. exprimitur hic maximus ardor expectantis aduētū dei.

N Ac ſi dicat patior iſtam anguſtiā quouſqꝫ te videam. ſicut ꝓmiſiſti venire.

A Dicit ꝺo conſilia. i. cogitatōes ꝛ tractatus. qūo ꝛ qn̄ a ſeruitute peccati ꝛ diaboli liberari poſſit per aduentū ſaluatoris. ꝛ quia ſpes ſalutis ꝓtrabitur: creſcit deſideriū in

dolorem. ¶ Per diez.i.p singulos dies ille amor tui aduentus. verſus eſt in dolorē mentis q tardaueris. c ¶ Inimicū.dia bolū dicit.qui dicitur exaltatus añ aduētū dñi. cum gaudebat de humana captiuitate. Sup me.i. ſup creduli tatem meā. Exaudi me non ſibi tm̄ ſubuenire petit ſed vniuerſis fide libus. Reſpice.ad illō referēdū vſqzquo auer tis faciem tuam a me. Exaudi ʒo. ad illō qō dicit in capite pſalmi: vſqq̄ obliuiſceris me in finem. d ¶ Dn̄ petit illuminari oculos cordis oculos dicit. q̄ obdormiunt in morte. qn̄ fidei lumine ſepul to:carnali delectatōne clauduntur. ipe eſt em̄ ſomnus ō quo letatur inimicus. Inimicum: diabolum dicit ⁊ ange los eius. quoꝝ ꝯſuetu do eſt:inſultare dū ca piunt. ⁊ gaudere dum deceptos a ſe cognoue rint poſſideri. e ¶ Exultabūt ſi mo tus fuero.i. ſi a te fue ro diuiſus p increduli tatē vel peccatū: inimi ci efficiunt leti. In tua mīa dicit.qꝛ qui aliun de ſuam ſpem ponit ni ſi in deū. ſua fides va cua eſt. O virtus fidei ⁊ firmitas magna cre dentis:in eum credere a quo ꝑ certo ſcit poſſe ſaluari. f ¶ Interior homo ſalutare dei conſpexe rat, quez cernere cupie bat carnalibus oculis Cantabo. ſcilꝫ corde. vbi nimia leticia cōple batur. Pſallam. operi bus bonis.qō maxime diuinitas querit.

Oratio.

Ne auertas faciem tuam a nobis oīpotens deus:ne inimici no ſtri exaltentᵉ aduerſus nos: ſed ita cor nr̄m ſalutaris tui exultatōe pfūde. vt facias ſom nū ſecunde mortis euadere. Per. ¶ Finis xp̄m ſignificat.iō frequēter repe titᵉ.vt ſemp:ad oīpotē tem audientis animus erigatur.

anima mea. dolorē in cor-
c de meo p diem. Uſqꝫquo
exaltabitᵉ inimicus meus
ſuper me: reſpice ⁊ exaudi
d me dñe deus meus. Illu-
mina oculos meos ne vn-
q̄ obdormiā in morte:ne-
quando dicat inimicꝰ meꝰ
e ꝑualui aduerſus euꝫ. Qui
tribulant me exultabunt ſi
motus fuero:ego aūt i mi-
f ſericordia tua ſpaui. Exul-
tabit cor meum in ſalutari
tuo: cantabo dño qui÷bo
na:⁖ tribuit mihi:÷⁊ pſal-
lam nomini dñi altiſſimi.

¶ In finem÷pſ:⁖ Dauid.
¶ Eccia iudeos increpās qui viſo dño minime credi derunt.inani eos trepida tione dicit confundi q̄ fru ctuoſuꝫ timorē dñi cogno ſcere noluerūt. eoꝝ in fine ſeculi cōuerſionē ꝑdicens.

Pſalmus.xiij.

a Dixit inſipiens in cor-
de ſuo:non eſt deus.
b Corrupti ſunt ⁊ abomina-
biles facti ſunt in ſtudijs
÷ſuis:⁖:nō ē qui faciat bo
nū÷nō eſt vſqꝫ ad vnuꝫ:⁖.

¶ Pſalmus iſte.iu deoꝝ veſaniā vehemē ti increpatōne caſtigat aſper inuectōibus.ter ribilis ꝓphanis.amarꝰ incredulᵉ. vt hec incre patio merito detur ec cleſie. a ¶ Uidēs ppl's iu deoꝝ xp̄m humilitᵉ ve niſſe dixit.non ē deus. nec intellexit ip̄m eſſe qui a ꝓphetis ꝑdictus eſt. Et ideo inſup gra uius eſt.quia dixerunt hoc non in labijs. ſ in corde. vt malo voto pe ior incredulitas iunge retᵉ. b Uel inſipiēs etiam gentilis dicitur. deum non eſſe putans qui corruptus eſt men te lignū ſibi deū faciēs b ¶ Si em̄ noticiā habuiſſent dei corru pti p infidelitatē ⁊ ab hominabiles.i. odibi les non fuiſſent. Non eſt vſqꝫ ad vnum. ¶ Reuera ſolus xp̄e ē.ſine quo aliquod bo num vel incipe vel im plere nullꝰ valet. Alia lrā habet corrupti ſunt in voluntatibus ſuis. voluntas autem dicta eſt a volatu. qm̄ animꝰ quo vult nimia veloci tate transfertur. Corru pti igitur ſūt iudei duꝫ ab ſcripturaruꝫ ſanita te recedentes.invicio ſos ſenſus inciderūt. ⁊ ita nephandiſſima in credulitate maculari.⁊ penam peccati: etiam

deo abominabiles facti ſunt. e ¶ Proſpexit dñs. ſ. vt nobis mitteret vnigenitũ filiũ ſuum. Sup filios. i. humanũ genus.
In At videre ſanctos ſuoſ faciat. ꝑ quos reſpicit. ⁊ in quibus habitat ſi ſit ſapiens.

cepto mouemur ad exitus rerum. Cum dicit veloces: defuiſſe illis oſtendit conſilia moderationis. Ad effundendũ ſanguinẽ. i. dñi ſaluatoris ⁊ ſuoꝝ. vt ſcelerate rei creſcat imanitas actiõis. dũ ⁊ dñm ſaluatorẽ: man⁹ noxias inijciunt.

¶ Qui deũ mente intelligat eſſe verũ deum ⁊ hoiem. ⁊ reqrat opatõe deum. ſequẽdo mãdata eius. vt ab ei⁹ voluntate nõ diſcrepet. ſ quid viderit ſancti dei ꝑ quos deus videre dicit ſubdit oẽs declinauerunt ⁊c.
d ¶ Hic dicit oẽs. i. totum ⁊ ſignificat ptẽ. Declinauerũt. ſ. a grã dei. ⁊ facti ſunt inutiles ſibi ⁊ alijs. Tãti ei ⁊ tot de iudeis ipij fuerunt. vt pene oẽs perdi eſſe ac periſſe putarẽtur. A Similiter de gentibus. oẽs igit̃ nõ intelligunt nec requirũt ſed declinauerũt tã iudei ꝙ gentiles.
e ¶ Merito ergo ſepulchꝝ dictũ ẽ guttur eoꝝ: qui peſtiferos ſermones ꝓferebant ſicut ſepulchꝝ fetidos odores exalat. Linguas ſuis doloſe agebant. quibus mortifera verba loquebant̃. Aſpidũ imane genus eſt ſerpentiũ qđ naturali obſtinatõe verba incantantiũ ꝓhibet̃ nõ admittere. nec a voto ſuo põt remoueri. ⁊ qđ non valet vllo carmine mitigari. ſicut alia genera ſerpentina quod ſignificat ſurditatem mortiferam iudeoꝝ. Venenum dictũ eſt ꝙ ꝑ venas currat. ſic ⁊ vota malignorũ occulta cogitatione craſſantur.
f ¶ Quoꝝ os. i. iudeoꝝ. quãdo ꝓ bonis admonitionibus blaſphemabãt xp̃m. Amaritudine: cum de nece eius tractabant. Pedes conſilij ꝓgreſſus appellat. quibus ꝺ in-

c Dominus de celo ꝓſpexit
ſup filios hoim: vt videat
ſi eſt intelligens aut requi-
d rens deũ. Oẽs declinaue-
rũt: ſimul inutiles facti ſũt
nõ eſt qui faciat bonũ. nõ
e eſt vſ ad vnũ. ÷ Sepul-
ctum patẽs ẽ guttur eoꝝ:·:
÷ linguis ſuis doloſe age-
bant:·: ÷ venenũ aſpidum
f ſb labijſ eoꝝ:·. ÷ Quoꝝ oſ
maledictõe ⁊ amaritudine
plenũ eſt:·: ÷ veloces pe-
des eoꝝ ad effundẽdũ ſan
g guinẽ. ÷ Contritio ⁊ infide
litas in vijs eoꝝ:· ÷ ⁊ viã
pacis non cognouerunt:·:
÷ nõ ẽ timor dei ante ocu-
h los eoꝝ:· Nõne cognoſcẽt
omnes qui opantur iniqta
tem: qui deuorant plebem
i meã ſicut eſcã panis. Do
minũ nõ inuocauerũt: illic
trepidauerũt timore ÷ vbi
k nõ erat timor:·. Dñi deus
in generatione iuſta eſt: cõ

g In Contritio. ſcꝫ corporis iudeoꝝ. infelicitas anime. In vijs. in opibus eoꝝ. Cur. qꝛ viam pacis. i. xp̃m. nõ cognouerunt. nec ꝑ fidem nec ꝑ opa. Quare quia non eſt timor dei in ſenſu eoꝝ. non enim metuũt futurũ iudiciũ ¶ Via impioꝝ cõtritio eſt. qꝛ terit ⁊ teritur infelicitaſ in ea ẽ. q̇a nũꝙ ꝑ ipam niſi ad infauſta ſupplicia ꝑueniũtur. h In Nõne cognoſcent. ac ſi dicat. ſi mõ nõ cognoſcũt venturam vltõem: cognoſcent in iudicio q̇ modo mala opantur. Plebem meã deuorant. id eſt heretici pplm xp̃ianum ſeducunt. vel mali occidunt bonos vel idolatre credẽtes. Sicut nullus eſuriens ſine pane bene põt ſaturari. ſic heretici nunꝙ̃ ſatiant̃ iniquitatib⁹ ſuis: niſi ꝑſequant̃ xp̃ianos. A Vel ſatiant̃ ꝑſecutione xp̃ianoꝝ. ſicut eſca panis ſatiatur eſuriens.
i In Dñm nõ inuocauerũt. ſi eñi inuocaſſent ſalui eſſent. Illic trepidauerũt in idolis ⁊ ritibus vanis ſimulachroꝝ qui deum timere debebant. ¶ Et qñ dicebant ꝺ xp̃o. Si dimittimus eũ ſic ⁊c.
k In Dñi deus eſt in generatiõe iuſta. i. in populo xp̃iano. ¶ Chriſti conſiliũ cõfudiſtiſtis. i. ſuſcipere noluiſtis.
In Dicentis pniam agire. Inops dicitur xp̃c, qui pro nobis paup factus eſt. Domi-

nus ſpes eius eſt. Pater vtiq; filij. q; huma nitas confortata eſt de diuinitate.
A Uel quilibet membꝝ xp̄i exiſtens. quia dn̄s ſpes eius eſt: inde cōtemnit magis vn̄ magis reuerendus eſſet. l ¶ Cum dicit quis dabit. vult intelligi dn̄m patrē. qui dn̄m xp̄m in ſyon. i. in irl'm mittere dignatus eſt. Ip̄e ē eterna ſalus iſrl' .i. credentiū. Dn̄ auertit. i. diabolum damnauerit. qui dei plebem ꝑſequi ꝛ captiuare feſtinat. Exultabit Jacob. id eſt iudeoꝝ ꝛ gentiū ppl's collectus ꝑ grām dei. Letabitˀ iſrael hoc eſt vniuerſalis eccleſia

Oratio.

DIgnare dn̄e de celo ſancto tuo r̄ſpicere ſuper filios hoīm ꝛ da nobis agnoſcere viam pacis. vt auerſa vicioꝝ captiuitate celeſtis irl'm habitaculo ꝑfruamur. Per do.

¶ Pſalmus iſte nō ꝓfunditate velatus ē. ſed ꝓphetice interrogatōni reſpondet dn̄s. in decalogi exemplū: decem virtutibus ad beatitudīs ſue atria peruenīri. a ¶ Tabernaculū dictum ex duobuſ nominibus. i. a taberna (que eſt domus pauperū. q; nō adhuc tegulis ſed tm̄ trabibus tegebatˀ) ꝛ cenaculo (q; ibi cenabant ſicut antiquis moſ erat ſemel in die cibuꝫ ſumere (ſignificat catholicā fideꝫ in qua habitat ſancta dei eccia. Mons ſignat futurā irl'm. A Nō autem querit. quis in eccleſia abſolute habitet. in qua ꝛ boni ꝛ mali ſunt. ſed ſubaudiēdum reliquit digne. Quis in ea. ſ. digne habitet. Qd̄ ex eo ꝓbatˀ quod ſubdit aut q̄s ꝛc̄. b ¶ Ingredi tabernaculū ſine oī macula ſolius dn̄i fuit. Operabatˀ iuſticiā: cū eiecit de templo vendentes ꝛ ementes.

N Membroꝝ vo ſuoꝝ ē ſine macula peccati mortalis incedere. ꝛ ꝑ baptiſmū ſine oī macula ingredi. q; ſine minimis eē nō poſſumus. c N Multi loquuntˀ veritatem labijs ſed nō in corde. ꝙ videntˀ vera dicere. ſꝫ cor cum labijs nō cōſonat. quod xp̄c nō fecit. Nō egit dolum xp̄c. q; que locutus eſt ore cōpleuit ope. Ille doloſe agit ꝙ aliud agit ꝛ aliō dicit. d N Proximi ſunt nobis oēs homines. ꝛ nulli debemꝰ malum facere. Ille obprobriū. i. detractiōem non accipit de fratre ꝙ prius nō credit mala d illo anteq̄ꝫ ꝓbat. Qui iſta ſupius cōp̄hensa complet ille habitat in vita eterna.

filium inopis confudiſtis: quoniā dn̄s ſpes eius eſt.
l Quis dabit ex ſyon ſalutare iſrl': cū auerterit dn̄s captiuitatē plebis ſue: exultabit iacob ꝛ letabitˀ iſrl'.

¶ Pſalmus dd. ¶ Prophetice interrogatōi rn̄det dn̄s. in decalogi exemplū decē virtutibꝰ ad ſue beatitudinis atria ꝑuenīri.

Pſalmus. xiiij.

a DOmine quis habitabit in tabernaclo tuo: aut quis requieſcet in mō-
b te ſancto tuo. Qui ingreditur ſine macula: ꝛ opatˀ iu-
c ſticiam. Qui loquitˀ veritatē in corde ſuo: qui nō egit
d dolum in lingua ſua. Nec fecit ꝓximo ſuo malum: et obprobriū nō accepit ad-
e uerſus ꝓximos ſuos. Ad nihilū deductus ē in ꝯſpectu eius malignus: timentes aut dominū glorificat.
f Qui iurat ꝓximo ſuo: et

e N Ad nihilū deductus ē malignus. i. diabolus. q; apud ſanctos ꝑ nihilo habetur. Qui timent dn̄m timore ſancto dn̄s eos magnificat. ¶ Uel ad nihilū deductus eſt qn̄ ei dixit. redi retro ſatanas non tentabis dn̄m deū tuum.

f ¶ Iurare eīn deīꝫ eſt. quaſi iuſte orare. ꝟ eſt iuſte loqui.

A Non decipit ꝓximū: qui iurat dare ꝛ ſꝫ uenire ꝓxio ꝛ ꝓmiſſum reddit.

N Uel non decipit anima proximuꝫ. id eſt corpus. ſi precepta dei obſeruat ꝙ obſeruare promittit. Sicut enim pecunia viſibilis prohibetur ad vſuram dari. Ne is qui accipit magis ſpolietur q̄ꝫ iuuetur. Ita verbum dei non ſolum diuitibus qui paſcunt verū etiam paupibus hoībus gratis debet inſi-

nuari. Non accipit munera ſup. i. contra in/
nocētes qui iudiciū iuſtū ꝓpter aliquod mu
nus non ſubuertit. g ℂ Nō dixit ꝗ can/
tat. ſed qui facit hec. ipe habitabit in taber/
naculo dñi ⁊ in regno ſancto eiuſ requieſcet
vt nos ad actualem v/
tutem interpoſita lege
conſtringeret. ne ſecre
ta tanti miſterij. inten/
ti ſolis cantibus inani
ter pſalleremus.

Oratio.

Concede nos piiſ/
ſime deus ſine ma
cula ingredi eccīaꝫ tu/
am. ⁊ auerte nos a do/
lis ꝓximi vel vſuris. vt
dum hec ſm̄ tuum ob/
ſeruamus ꝑceptū non
cōmoueamur ab emu/
lis ſupplicijs in eternū
Per dñm.

ℂ Tituli inſcriptio
ipi dauid. verū hanc ti
tuli inſcriptiōem nō ad
quamlibet aliaꝫ pſonā
ſed ad xp̄m referri de/
buiſſe: adiectū ē ipi da
uid qḋ ad dñm ſaluato
rem cōpetenter referri
valet. Depcatur hic aſ
ſumpta hūanitatis na
tura. p nr̄a ꝓtectōe cō/
ſeruari ſe a iudeis.

a ℂ Speraſſe ſe ſem
per dicit in dño. Dixi
dño: filius dicit a for/
ma ſerui ad patrem. ꝗ
in diuinitate equalis ē
patri. In Non indi
guit pater ſm ſuaꝫ ma
ieſtatē incarnatōis aūt
paſſiōis vel reſurrectō
nis que ad filiū ꝑtinēt
ſm humanitatē vt nos
redimeret. Sed quib⁹
illa ꝓſint: addit San/
ctis ⁊c. iſtis hec ſūt ne
ceſſaria.

b ℂ Sanctos qui ſunt in terra viuentiū.
ſignificat innocentes ⁊ iuſtos.
In In eccīa. que terra dicitur eius.
ℂ Per quos mire facte ſunt voluntates

non decipit: qui pecuniam
ſuā nō dedit ad vſuram: ⁊
munera ſup innocētes nō
g accepit. Qui facit hec: nō
mouebit ineternum.

ℂ Tituli inſcriptio ÷ ipſi:
dauid. ℂ Xp̄c ꝓ humani
tate ſuſcepta a patre ſe cō/
ſeruari petit. eiqꝫ grās re/
fert ꝙ ſua potentia iniqui/
tatē huius ſeculi ſupauit: ⁊
poſt reſurrectōis gloriā in
delectatōibus dextere ſue
eū collocauit. Ps. xv.

a Conſerua me dñe qm̄
ſperaui in te: dixi dño
deus meus es tu: qm̄ bo/
b noꝝ meoꝝ non eges. San
ctis qui i terra ſunt ei⁹: mi
rificauit ✳ oēs ÷ volūtates
c meas in eiſ. Multiplicate
ſunt infirmitates eoꝝ: po/
d ſtea accelerauerunt. Non
ꝯgregabo ꝯuenticula eoꝝ
de ſanguinib⁹: nec memor
ero noīm eoꝝ ꝑ labia mea.
e Dñs ꝑs hereditatiſ mee ⁊
calicꝭ mei: tu es ꝗ reſtitues

dei ſaluatoris. quando illis obedientibus.
⁊ iuſſa Chriſti facientibus. reddidit eos de
mortalibuſ eternos. A Siue mirificauit
dum eos magnificauit miraculis. p que mi/
racula oſtenſum eſt ꝙ predicatio eoꝝ ⁊ fi/
des ⁊ opera fuerint vo
luntatis dei.

c In Multiplicate
ſunt gentibus infirmi/
tates. id eſt idola que
(domino veniēte in car
ne) relinquentes celer
rime ad euꝫ ſunt reuer
ſi. habet enim hebrai/
ca veritas. multiplica/
ta ſunt idola eoꝝ.

d ℂ Quas gentes
dicit non ſanguine pe.
cudum aut victimaruꝫ
conſuetudine congre/
gandas. ſed immolatō
ne corporis et ſangui/
nis xp̄i. Non fuit ergo
memor chriſtus nomi/
num illorum quib⁹ pri
us nominabantur. di/
cti filij ire. filij diaboli
ſed nouoꝝ nominū me
mor eſt. quibus dicun/
tur nunc xp̄iani et filij
dei. Labia xp̄i: duo
teſtamenta ſignificant
quando vtraqꝫ regnuꝫ
dei ꝑdicant ⁊ in vnius
ſoni concordia ſicut la
bia temperantur.

e ℂ Pars heredi/
tatis ⁊ calicis dñs eſt.
Dicit filius ad patrem
non deitate minor. ſed
humanitate ſubiectus
eſſe patrem ptem here/
ditatis ſue. ſ. in fide gē
tium patri ⁊ filio credē
tium.

ℂ Calix. voluntateꝫ
ac diſtributōem domi/
ni ſignat. Reſtitues au
tem dixit. qm̄ faciente
diabolo pierat genus humanū. In Ipa
hereditas reſtituta ē: qm̄ electos ſuos ad im
mortalitatē attraxit. ℂ Dicta eſt autē he
reditas ab hero. i. domino.

f ℟ Funes: pr̃iarchas ⁊ ꝓphetas ⁊ apoſtolos vel quoſcūq₃ aduocauerit. xp̄c ſignat quos ille recipit. in p̄claris. i. in optimis.
℣ Hereditas xp̄i: eſt multitudo ſanctorū. que p̄clara dicitur xp̄o. lz ab ſeculi hominibus deſpiciat̃ q₂ ab eo electa. Cecidiſſe dixit ꝓ veniſſe.

ſpe reſurrectōis. vt vbi caput p̄ceſſit ⁊ membra ſequant̃. qm̄ ⁊c. ℣ Uel intelligit̃ de carne hoīs xp̄i quā ꝓ nr̃a ſalute ſuſcepit. q̄ in ſepulchro quieuit. in ſpe reſurrectōis die tercia facte. k ℣ Ecce fili⁹ grās agit patri. q₂ eius aīa non ſit more cōi in inferuo derelicta. ſ₃ clarificata celeri reſurrectione. Hic corruptiōem. i. putredinē iuſte negat fieri que carnē cōſumit hūana₃. Caro. n. xp̄i nō potuit corrumpi in ſepulchro

g ℣ Benedicit fili⁹ patri. ſm̄ humanitatē tribuēti ſibi intellectū. quo oīa vera ſanctaq₃ cernebat. ne ſibi humana infirmitas. aliquid ſine gratia pr̄is applicaret. ℟ Nox ſignificat tempus paſſionis ℣ Renes vo: cognatōem ſignificant iudeorū. de qua xp̄c ſm̄ carnem naſcebatur. a quibus frequenter et vſq₃ in mortē increpatus ē. ℟ Uel renes. i. delectatōes carnis tūc increpant: qn̄ ſtimulāt vt peccet̃ ⁊ ita eſt vox iſta nō capitis ſed mēbrorū xp̄i vel capitis ꝓ membris. h ℟ Nam q̄ dn̄m ſemp intuet̃ oculis mentis: nullatenus ad delicta cōuertit̃. dicit autē cauſam cur nō moueatur. qm̄ a dextrī eſt dn̄s. ſiquidem a dextris dn̄o adiuuante: ſiniſtra nō p̄ualent nocere q̄ ſi dn̄s dexterū ptē nō tenuerit: ſtatim ea₃ diabolus occupabit.
i ℣ Propter hoc q̄ ille a dextris. ſ. aſtitit: ⁊ in corde ſuo iocunditatē ⁊ exultatōnem lingue ſibi eſſe teſtatur.
℟ Caro: eccl̃iam ſignificat. q̄ requieſcit ad tp̄s in ſpe future reſurrectionis. Eccl̃ia enī eſt caro xp̄i. ideo xp̄c loquitur. eccl̃ia que eſt caro mea: nō requieſcit in

f hereditatē meā mihi. Funes ceciderūt mihi in p̄claris: etenī hereditas mea p̄
g clara eſt mihi. Benedica₃ dn̄m qui tribuit mihi intellectū: inſup ⁊ vſq₃ ad noctē increpuerūt me renes mei
h Prouidebā dn̄m in ꝯſpectu meo ſemp: quoniā a dextris eſt mihi ne ꝯmouear.
i Propter hoc letatū eſt cor meū: ⁊ exultauit ligua mea ÷ inſup :· ⁊ caro mea reque
k ſcet ī ſpe. Quoniā non derelinques aīam meā in inferno: nec dabiſ ſanctū tuū
l videre corruptionē. Notas mihi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cu₃ vultu tuo: delectationes ī dextera tua ÷ vſq₃ :· in finē.
Oratio dauid. Trifaria oīo ab hūanitate xp̄i ī hoc pſalmo depromit̃. Primo ſm̄ iuſticia₃ ſuam ſibi petit debere reſtitui: Scd̄o vt a iudeorū inſidijs eius puritas liberet̃. Tercio reſurrectōem velociſſimā depcat̃ ne inimicis diutius liceat inſultare. Ps. xvj.
a Exaudi dn̄e iuſticiam

l ℟ Uox iuſtorū. notas mihi feciſti id ē me cognoſcere feciſti mandata xp̄i. Tūc erit plena leticia: cum adunatum fuerit corpus. id ē eccl̃ia in regno dei. vbi ſpeculatur vultus dei. ℣ In dextera ſua dicit. qm̄ nullaten⁹ a paterna contemplatōe diſceſſit. Finis ſignificat pfectōem atq₃ eternitatem. vt vſq₃ in finē. i. ꝑfecte ⁊ eternaliter.

Oratio.

Conſerua dn̄e ſperantes inte. ⁊ efficace voluntates tuas nobiſcū: vt clarificati veticia reſurrectōis tue mereamur a dextris tuis cum ſanctis oībus delectari. Per dn̄m.

℟ Oratio Dauid. iſte pſalmus cantatur contra iudeos ex perſona chriſti. vel cōtra hereticos ex pſona eccleſie.
a ℣ Uox xp̄i in paſſione et vox eccleſie in tribulatiōe. ⁊ xp̄c petit exaudiri iuſticiam ſuā. quia obediens fuit patri vſq₃ ad mortē. Inter deprecatōem ⁊ oīonem differētia eſt. Oratio ſanctior eſt. que fit

p deuotis vt pſeuerent. Depcatio vo p ſuis peccatis vel alienis: vel aliquid fortius eſt depcatio ꝙ oratio. b N Orat eni fili⁹ (ex infirmitate carnis. nō ex diminutōe dei-tatis) vt exaudiat̃ qd rogat. Non in labijs

chriſtus ſuſtinuit.
f ¶ Petit ergo xp̄c greſſus ſuos cuſtodiri. i. actus humanos fideliū ſuoꝝ membroꝝ in ſemitis. id eſt in mandatis ſuis perfice id eſt fac pſeuerare. Veſtigia. ſunt ſigna plantarum que ſignificant

doloſis. ſicut eſt oratio eoꝝ qui me inique dāmant ⁊ meos. vt ſunt iudei. ¶ A iudeis ei manauit falſa ſentētia apud quos innocens damnatus eſt. ⁊ latro cognoſcit̃ abſolutus.

c ¶ De vultu tuo. pdeat iudiciū. Inuſitata locutio eſt. quia d mente ſolet venire ſententia non de vultu. ſ3 hoc xp̄o conuenienter aptatur. q2 ille qd iudicat videt. q ſolus oīa ſecreta cognoſcit. oculi mei videant equitatē. Hic equitatē: ipām diuinitatem ſignificat quā ipe filius ſemp videt. qui equalis eſt patri. Sic alia lr̄a. habet. Noſtra habet oculi tui ⁊ tunc equitas nō diuinitatē ſed merita xp̄i ⁊ iudeoꝝ ſignificat.

d ¶ Probatio hic ſignat paſſionē. qn̄ int̃ pericula mortis optima documenta patientie oſtendit. viſitatio. reſurrectōem. viſitat⁹ ē nocte. qn̄ anima ei⁹ in inferno nō ē derelicta. Igne examinatus. id ē tribulatione paſſionis Non eſt inuenta iniq-tas in illo. quam aduſtio nulla decoqueret.

meam: intende depcatōem
b meā. Auribus pcipe oratōem meā: nō in labijs do-
c loſiſ. De vultu tuo iudiciū
meū pdeat: oculi tui vide-
d ant eqtates. Probaſti cor
meum ÷ ⁊ :· viſitaſti nocte
igne me examinaſti. ⁊ nō ē
e inuenta in me intqtas. Vt
non loquat̃ os meum ope
ra hoim: ꝓpter verba labio
rū tuoꝝ ego cuſtodiui vias
f duraſ. Perfice greſſus me
os in ſemitis tuis: vt non
moueantur veſtigia mea.
g Ego clamaui qm̄ exaudi-
ſti me deus: inclina aurem
tuam mihi ÷ ⁊ :· exaudi ver
h ba mea. Mirifica miās tu
as: qui ſaluos facis ſperā-
i tes in te. A reſiſtentib⁹ de
xtere tue cuſtodi me: vt pu
k pillam oculi. Sub vmbra
alarū tuaꝝ ꝓtege me: a fa-
cie impioꝝ qui me afflixe-

apoſtolos. pro quibus petit xp̄c vt ſe imitantes non moueant̃ a patre. A Vel veſtigia ſt̃ doctrīa ſua ab eo relicta poſt aſcenſionem quam peti non moueri que ita firmata ē vt etiam celū3 terraq3 trāſibunt. verba aūt xp̄i nō.
g ¶ Ego clamaui. Ideo xp̄c clamauit ad patre3. id eſt orauit. qniam confidenter ſua3 orōnem exaudiri a patre ſciebat. Inclinari autem petit. quoniam ad eum non valet humana infirmitas per ſe puenire tūc exaudit cū ſe benignū indulſerit.
h N Tunc mirificauit miās pater ſuas. quando per apoſtolos ⁊ ceteros ſanctos infirmitates indigentiū curauit. ¶ Saluos facis. id eſt in eterna vita conſtitues ſperātes in te.
i ¶ Dextera eni patris filius eſt. cui iudei reſiſtere id eſt repugnare auſi ſunt. Pupilla enim pars ē oculi. qua diſcernim⁹ qualitates rerum. dicta a paruitate quaſi puſilla. Cui cōparatus eſt xp̄c. qui in ſuo iudicio iuſtos a peccatoribus ſegregandos cōſpicit. Aptiſſime ſe petit cuſtodiri vt pupillam. cum p ipām res viſuales diſcernimus. ⁊ in noſtro corpore nil pſtantius inuenitur. k ¶ A Ale ſunt patris: miſericordia ⁊ charitas. quibus ſe protegi ſancta dei eccleſia expoſtulat. ¶ A facie impiorum demones ſignificat ⁊ ſequaces eoꝝ. qui ar-

e ¶ Vie dure ſunt. quas debent homīes imitari. quibus iter viciorum leue eſt. Nam cum peccata vitantur: homini vie dure ſunt quas vias inmaculat⁹ peccatis chriſt⁹ ambulauit. A Vel vie dure dicūt̃ opa hoim qs n merēt̃ opa hoim. opa. n. mala ſūt opa hoim nō dei. illa autem merētur penā qua3

l runt. Inimici mei animam
meā circūdederunt: adipē
ſuum cōcluſerunt: os eoꝝ
m locutū eſt ſupbiam. Pro-
ijcientes me nunc circūde
derūt me: oculos ſuos ſta
tuerunt declinare in terrā.
n Suſceperunt me ſicut leo
paratus ad p̄daꝫ: ⁊ ſicut ca
tulus leonis habitās i ab-
o ditis. ÷Ex:·ſurge domine
p̄ueni eū ⁊ ſupplanta cuꝫ:
eripe aīam meā ab impio:
frameā tuā ab inimicis ma
p nus tue. Dn̄e a paucis de
terra diuide eos in vita eo
rum: de abſconditis tuis
adimpletus eſt vēter eoꝝ.
q Saturati ſunt filijſ: ⁊ dimi
ſerunt reliquias ſuas par-
r uulis ſuis. Ego÷aūt:·i iu
ſticia apparebo in ꝯſpectu
tuo: ſatiabor cuꝫ apparue-
rit gloria tua.

In finem puero dn̄i da-
uid. qui locutus ē ad dn̄m

dorem inſidiarum in necem dn̄i vel in ſctōs cumulabant: facies inſtantiā impioꝝ notat vel ipoꝝ truculentā p̄ntiam. l Inimi cos: iudeos dicit: Animā: vitam tempalem quam artipe voluerunt: cum eum gladijs et fuſtibus circumdede-runt. Concludunt adi pem qui multa voraci-tate pingueſcunt. ſic iu dei ſcelerum nimietate incraſſati: locuti ſunt ſupbiam cōtra chriſtū impij. Vel con-tra ecciam. Sua mala facta defendēdo m Proijciētes. ſ. xp̄m extra ciuitatē. Cir cūdederunt non obſe-quio ſed furore in cru-ce. Oculos mali decli-nant in terram: quādo mala cogitatōe aliqua in mente voluunt. Vel oculos i ter-ram ſtatuerunt declina re qn̄ de terrenis cogi-tabant. ⁊ de celeſtibus non meditabantur. n Suſcepert̄ me. id eſt iudei a pilato. qn̄ dixit tollite eum ⁊ cru-cifigite: leo diabolꝰ in-telligitur. cui hic iudei merito comparantur. cuꝫ etiā eo peiores viſi ſint qm̄ ille fuit auſus do-minū tentare. iudei au tem dn̄m crucifigere. Catulus Leonis. reli-quum ppl'm iudeoꝝ ſi-gnat. qui ſe diaboli fi-lios effecerunt. Habi-tans in abditis. i. in in ſidijs occultis. maloꝝ em̄ hominū cōſuetudo eſt mala vota tegere. vt ſic conſilia eoꝝ poſſint ad effectū venire. o Vox xp̄i ad pr̄eꝫ vt p̄ueniat anime ſue ne lederet̄ a principe diabolo. p̄uenitq̈ eum poteſtas diuinitatis ⁊ alligauit ⁊ ad infernū p̄duxit. Fra-mea. mō cōtū. mō loricā. mō gladium ſignifi cat bis acutum. que tn̄ oīa ad inſtrumēta ar

moꝝ certū eſt ptinere. Framea. eſt. n. p̄ris. aīa ſaluatoris: qn̄ p ipm diabolū vicit Sunt. n. diaboli inimici manus domi-ni. qui humanū genus contra voluntatē do mini ſemp pueſa voluntate dilacerant. p Precatur eti-am patreꝫ filius. vt di uidant̄ creduli a pau-cis. i. ab aplis. vt con-uertant̄ ad dn̄m de ter ra. ſ. huius mūdi vicio ſa. In vita eoꝝ. i. i mū-do iſto vbi penitentie locus eſt vt in xp̄m cre derent. De abſcōditis tuis. Omne peccatum illi abominabile ē atq̈ a conſpectu eius quaſi abſcōditū. q2 extraneū eſt illi. inde dicit adim-pletū eſſe ventrē. i. ſen ſum increduloꝝ. Vel diuide iu-deos a terra eoꝝ in vni uerſum orbem. ⁊ hoc ē vita illa eoꝝ quā ſolaꝫ ſuā putāt. de eterna de ſperantes. In futuro autem quid tunc erit. q Saturati ſūt fi lijs. ſ. iudei q̄ in pcrea-tiōe filioꝝ multiplicati ſunt. ⁊ rebꝰ ſeculi. Di-miſerūt reliq̄as maledi ctōis. hoc ē vindictā il lā quā merebant̄ dicē-tes. ſanguis eiꝰ ſup nos ⁊ ſup filios nr̄os reliq̄ rūt filijs ſuis. q2 illi ſi-cut p̄res excecati diſp-ſiq̈ ſunt. r Ap-parere ſe dicit in cōſpe ctu patris cuꝫ iuſticia. qm̄ eius volūtatē iple uerat. Satiabor de hu mani generis creduli-tate. qn̄ nūerus ſctōꝝ ē ſupplēdus. Gloria p̄ris: manifeſtat̄ in iudi cio dn̄i ſaluatoris cuꝫ vnuſquiſq̈ recipiet p actibus ſuis.

Oro. Conuertē dn̄e oculos cordis nr̄i ad cernēdā tui iudicij equitatē. vt dū h igne ſpiritali pbamur. ī tuis i eṫnū ꝯſpectibꝰ cū fructū iuſticie ſatiemur. P.

Totus hic pſalmus ſub ꝑſona dauid ad xp̃m ꝑtinet. qui eſt finis. ⁊ puer vocitatus. ⁊ manu fortis. q̃ð dauid ſonat: Canticũ ad cõtemplatõem celeſtiũ rerum ꝑtinet.

xp̃m. qui in inferno gemebant. Torrens dicit fluuius excitatus hibernis imbribus. ⁊ ſignificat turbam iniquoꝝ rapidam ad iniquitatem. qui ꝯturbãt eccleſiam. ⁊ more terrentis hieme tribulatiõis intumeſcunt. ſed adiuuante domino cito deficiunt ⁊ defluunt.

a ¶ Diligit dñm q̃ mãdatis eius obtẽꝑat Diligo dicit quaſi de oĩbus eligo. Recte cõfitet̃ dñm eẽ ſuam virtutẽ quo donante fortior factus ẽ dauid ſuis inimicis. Pulcre oſtẽdit ꝓpheta quis eius ſit dñs. ſingulis eñ diuerſiſq; verbis p̃dicando: declarat quid ſit dñs. qui ẽ modo virtus. mõ firmamentũ. modo refugiuz. modo adiutor. modo ꝓtector. modo liberator. mõ cornu ſalutis. que oĩa xp̃c eſt eccleſie.

b ¶ Nam ſperare ð futuro ſpecialiter ſe dicit qui eum in p̃teritis ſenſerat adiutorẽ.

c I Protector meus. quia nec ꝓtegis nec defendis. Cornu ſalutis. q̃r infirmitatẽ ꝯfortabas. ¶ Ad inimicos diſſipandos. Cornua eñ arma ſunt beluarũ. quibꝰ ſalutẽ ſuã ſolerti ꝯcertatõe defendunt. Suſceptor meꝰ I Quẽ ſuſceptus ẽ xp̃c a patre.

d ¶ Laudantẽ ſe dicit inuocare dñm. ⁊ ipi vniuerſam ſuã victoriã tribuere (nõ ſibi) q̃ dignatus eſt cuncta p̃ſtare. Et ideo ab inimicis ſaluũ ſe faciendũ dicit q̃r victoriã ſuã nõ ſibi videbat̃ applicaſſe ſed dño. Nam qui aliter facitvicijs ſuis captiuus redditur q̃uis hoſtes ſupaſſe videatur.

e I Circũdederũt

verba cantici huiꝰ. in die qua eripuit eũ dñs de manu oim inimicoꝝ eius: ⁊ ð manu ſaul ⁊ dixit. ¶ Propheta dño gratias agit. q̃ eum ð grauibus periculis liberauit. loquiturq; eccĩa q̃ ante aduentũ dñi innumeras pertulerit calamitates: vox etiam xp̃i inducit vbi virtus eius poteſtaſq; deſcribitur. Ps̃. xvij.

a Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamẽtũ meũ ⁊ refugiũ meũ ⁊ li-
b berator meus. Deus meꝰ adiutor meꝰ: ⁊ ſperabo in
c eũ. Protector meus ⁊ cornu ſalutis mee: ⁊ ſuſceptor
d meus. Laudãs inuocabo dñm: ⁊ ab inimicꝭ meis ſal
e uus ero. Circũdederũt me doloreſ mortis: ⁊ torrẽtes iniquitatis cõturbauerunt
f me. Dolores inferni circũdederunt me: p̃occupaue-
g runt me laquei mortis. In tribulatõne mea inuocaui dñm: ⁊ ad deũ meũ clama
h ui. ÷ Et :· exaudiuit de templo ÷ ſancto :· ſuo vocẽ meam: ⁊ clamor meus i ꝯſpectu eiꝰ introiuit i aures eiꝰ

f ¶ Fiat. iſtius verſiculi talis eſt ordo verboꝝ. Circũdederũt me dolores inferni. ⁊ ð paganis dicit. qui erunt dolores inferni. i. qui ĩ inferno debito dolore torquendi ſunt. Preoccupare dauid ſe dicit laqueos mortis. id eſt reatus original̃ peccati qui nos ab ip̃o cõceptu facit obnoxios p̃ uſq; naſcamur in mundũ. ¶ Vel chriſtus in perſona membroꝝ ſuoꝝ loquit̃ hec.

g I Hũanitas inuocauit diuinitatez in paſſione. ⁊ eccĩa xp̃m. ¶ Clamare aũt plus eſt q̃ inuocare. Cernit ſermo. ꝓgrediente deſiderio. ⁊ accenſus animus ꝓſiliuit auidius ĩ clamorem.

h I Templum. corpus dominicũ. exaudi eſt humanitas a diuinitate.

¶ Clamor iſte: cauſe iuſticia eſt. que ad deũ intrare poterat. quia ꝓ mundi cladibꝰ ſupplicabat.

i ¶ Nunc ꝓpheta ad incarnatõis ſecreta ꝑuenit. ordinē[?]q ipm mirabili narratiõe deſcribit. i Cõmota eſt terra. qñ terreni õ infidelitate in aduentu xpi ad fidez venerũt ⁊ cõtremuſcũt peccata ſua. ¶ Fundamēta montium. ſignificat ꝓſumptões ſupboꝝ. id eſt diuitias vel honores. ceteraq hũana q̃bus illi innitunt̃. Iratus eſt eis deus. qꝛ vicia hũana ꝓbantur domino eſſe exoſa.

k ¶ Fumus hic in bono poſitus eſt. q̃ ſucceſus ꝓfudit lacrimas pnie. Ira eius conturbatõem ſignat timoris futuri iudicij quo conturbantur a deo peccatores. vt ad remedium pnie pducãtur. Ignis eſt charitas dei q̃ egreditur a facie dñi. quoniã ipius illuminatiõe eis concedit̃ charitas qui peccare dimittunt. Carbões ſuccēſos peccatores dicit. qui velut carbones mortui erant prius peccando. iterũ reuiuiſcũt ſucceſi igne penitentie. Quõ autē ſuccenſi ſint carbones mortui ſequēter docet ſcꝫ veniente dño redēptore. qꝛ inclinauit ⁊c̃.

l i Celi. i. angeli ſunt inclinati. qñ Gabriel ad Mariã venit. Et deſcendit. ſ. xp̃c. i. venit in carne. Caligo eſt ꝓfunditas ſcripturarũ quam dedit deus pedibus. hoc ē apoſtolis. vl' ceteris ſanctis ¶ Uel caligo diabolus ē. qꝛ mētes obnubilat. m ¶ Cherubin interꝑtat̃ plenitudo ſcientie. Aſcēdit ſup cherubin xp̃c qñ vidẽtib⁹ aplis celos ꝯſcēdit. Uolauit. i. per mũdi ſpecia eius fama velocior vēto cucurrit. qñ ipo in cunabulis iacente. magis eum ſtelle claritas nũciauit. Quid ꝗ̃ dici põtvelocius eo. qui mox vt natus in alia mundi pte conſpectus eſt. Tunc ergo ſupata ē celeritas ventoꝝ ꝗ̃uis in mundo nihil velocius eis eſſe monſtret̃. n ¶ Tenebras. miſterium dicit eius incarnatõis. vt qui in deitate ſua videri non poterat velata carne hũana. redemptor noſter appareret. Latibulũ ſecretum maieſtatis eius ſignificat qõ tunc reuelat iuſtis quando eum facie ad faciez vĩ debũt in gloria. In circuitu ꝓximitatē ſignat tabernaculi. i. dignitatez beatoꝝ ſanctoꝝ. vt in celo iuxta ipm habitent: qui in eius eccleſia fideliter ꝑſeuerant. Aquam: ſcripturam dicit. que eſt tenebroſa. i. obſcura. in prophetis. in ꝑdicatoribus verbi. quia ⁊ ſi dicta eoꝝ ſe quis putet intelligere. tamen ad ipam dictoꝝ virtutē ſicuti eſt totaliter vix poteſt ꝑuenire.

o ¶ Prefulgure nominatiuus pluralis reſpõdat ad nubes. Nubes ſunt ꝑdicatores diuini verbi. Et eſt ſenſus. Ille nubes q̃ aquã continent̃ dei. id ē eloquia diuina. ſicut ĩ hoc aere tenebroſe. i. obſcure videntur. ita in conſpectu dei prefulgure ſunt id ē prelucide. q̃a vbi omnia ꝑclare patēt que hic ſunt obſcura. Tranſierũt nubes. i. ꝑdicatores ad gentes relicto iſrahelitico populo. Grando. hoc ē increpatio ꝑdicantiũ quibus corda incredulorꝝ ſtimulantur. Carbones ignis. charitatis incẽdia. quib⁹ mēs fideliũ reuiuiſcit. p ¶ Intonuit vox oĩpotentis patris eſt. clarificaui ⁊ iterũ clarificabo. Unde multi crediderunt tonitruum eſſe. Altiſſimus dedit vocem ſuam quando dixit. hic eſt filius meus dilectus ⁊c̃.

¶ Uel intonit dominus per apoſtolos ⁊ ꝑdicatores minis. que ſunt de penis eternis ⁊ per eoſdem dedit ſuauem vocem que eſt õ premijs eternis. quia nubes tranſierunt cõminando ſupplicia eterna non credentibus premia quoq eterna credentibus promittendo.

i Cõmota eſt ⁊ ꝯtremuit terra ⁊ fundamenta montium conturbata ſunt ⁊ cõmota ſunt. qm̃ iratus eſt ÷ eis :·.

k Aſcendit fumus in ira ei⁹ ⁊ ignis a facie eius exarſit carbones ſuccenſi ſunt ab

l eo. Inclinauit celos ⁊ deſcendit et caligo ſub pedi-

m bus eius. Et aſcēdit ſuper cherubin ⁊ volauit ÷ volauit :· ſup pennas ventorũ. ÷ Et :· poſuit tenebras latibulũ ſuũ. in circuitu ei⁹ tabernaculũ eius: tenebroſa

o aqua in nubib⁹ aeris. Prefulgure in conſpectu eius nubes tranſierunt: ✳ gran

p do ⁊ carbones ignis :·. Et intonuit de celo dñs: altiſſimus dedit vocem ſuam: ✳ grãdo ⁊ carbões ignis :·

q ℭ Sagittas. euangeliſtas dicit. virtutū
pēnis. non ſuis ſed eius a quo miſſi ſunt re
cta itinera tranſuolātes. Eos diſſipauit. ad
quos miſſi ſunt. i. ſepauit. fideles recipiēdo
impios abijciendo. Fulgura multiplicauit.
hoc eſt miracula multa
fecit. In Conturba
uit. qꝛ p miracula ap̄lo
rum cōpūcti ſunt ad pe
nitentiā. r In Fō
tes. apoſtolos dicit.
ℭ Qui aquas. i. p̄di
camēta eterne vite ore
fundebant. In Fū
damenta. p̄phetas atꝫ
ap̄los dicit eſſe manife
ſtos. ℭ Supra q̄s.
orbis terrarum. i. eccle
ſie edificatio cōſtructa
eſt xp̄o eīn veniēte. pa
tuit q̄d obſcuritaſ diui
ni tegebat eloquij.
s In Ab increpatō
ne: cuꝫ diceret niſi vos
filius liberauerit. mo
riemini in peccatis ve
ſtris. ℭ Spirit⁹ ire
tue. p̄dicatores dicit. q̄
a ſpūſancto inſpirati:
delinquenteſ populos
increpabant. vel incre
patio p̄phetarū obiur
gatōem notat iuſtaꝫ in
peccatores populos.
t ℭ Vox eccleſie. mi
ſit itaqꝫ p̄r de ſummo. i.
filium de celo ⁊ accepit
ecc̄iam. ac ſibi cōiunxit
Aſſumpſit eccleſiaꝫ de
aquis q̄n baptiſmatis
regeneratione eā conq̄
rit. Siue de aquis mul
tis. i. pp̄lis multis col
lectas eſt ecc̄ia.
v ℭ In Fortiſſi
mos inimicos pſecutores ⁊ hereticos dicit.
qui ſanctā ecc̄iam ſemp affligebant.
ℭ Et ideo ſe magis dicit ereptā quia ini
mici cōfortati ſunt ſupra ipſam in afflictione
temporali. Tūc. n. creſcere meruit cū eā da
ta deſuper p̄tāte inimicuſ afflixit. O vere di
uina p̄uidentia. vt ſuis niſibus deſtruat ini
micus. ⁊ quanto ſe putat amplius ledere tā

q Et miſit ſagittaſ ſuas ⁊ dil
ſipauit eos: fulgura multi
plicauit ⁊ conturbauit eos
r Et apparuerūt fontes aq̄
rum: ⁊ reuelata ſunt funda
menta orbis ÷ terrarum :·.
s Ab increpatōe ÷ tua :· dn̄e
ab inſpiratōe ſpūs ire tue.
t Miſit de ſummo ⁊ accepit
me: ⁊ aſſumpſit me de aq̄s
v multis. Eripuit me de ini
micis meiſ fortiſſimis ⁊ ab
his qui oderūt me: q̄m cō
x fortati ſunt ſup me. Preue
nerunt me in die afflictio
nis mee: ⁊ factuſ eſt dn̄s p
y tector meus. Et eduxit me
in latitudinē: ſaluum me fe
z cit q̄m voluit me. ÷ Et :· re
tribuet mihi dn̄s ſm̄ iuſti
ciam meā: ⁊ ſm̄ puritatem
manuū meaꝝ retribuet mi
a hi. Quia cuſtodiui viaſ do
mini: nec impie geſſi a deo
b meo. Q̄m oīa iudicia eius
in ↄſpectu meo: ⁊ iuſticias

to neceſſe ſit eum etiam ſeuiſſima inſecutiōe
preſtare. x ℭ Preuenerūt pſeudo apo
ſtoli: predicatores xp̄i. conanteſ ſubuertere
corda ſimplicium. In die afflictionis. quan
do martyria xp̄iani ſuſtinuerunt. Ideo de⁹
p̄tector. qꝛ homo exti
tit impugator. de⁹ eīn
ecc̄iam in perſecutōni
bus p̄texit.
y ℭ Producta ē ec
cleſia in latitudinē. q̄n
p ſeuiciaꝫ pſecutoꝝ nu
merꝫ creuiſſe conſtat
fideliuꝫ. Q̄m voluit. i.
me elegit q̄ gratis vo
cat vniuerſos. ⁊ ſaluoſ
efficit ſibi ſubiectoſ. in
ecc̄ia igitur catholica
hunc eſſe morem fide
lium nullus ignorat.
vt quanto plus perſe
cutionibus ſtringitur:
tanto amplius fidei au
gmento dilatetur. tūc
eīn p gratiam dei exur
gunt inuicti animi. tūc
incendiū charitatis ar
deſcit. ⁊ facto agmine:
in gladios ſuauiť ruūt
qui eterne vite premia
concupiſcunt.
z ℭ Scd̄m iuſticiaꝫ
meam. i. ſm̄ voluntatē
meam a te mihi datam
bonam p gratiam. In
nocentiā manuū opera
dicit pietatis quā ſan
ctoꝝ virtus diuino mu
nere ſemp exercet.
a ℭ Vie dn̄i. ſunt di
lectio dei ⁊ p̄ximi quas
conſtat eos cuſtodire:
qui nolunt a mandato
dei decliare. Impie a
git. qui iuſſa dn̄i decli
nare p̄ſumit. b ℭ Habet in ↄſpectu ſuo
iudicia dei qui iugiter eius terribilia iudi
cia cogitat. Nunq̄ꝫ repulit iuſticiam dei a ſe
cui ſemper in corde xp̄c ſiue iuſticia perma
net. Repellūt iuſticias dei qui carnis fragi
litate ſuperati. longa p̄ceptoꝝ obſeruatione
deficientes equitatem (quaꝫ cuſtodire cepe
runt) deſerunt.

# XVII

e In Ero immaculatus.i.perſeuerabo in illa innocentia xpianitatis in qua vocatus ſum. Obſeruabo me. vt non cõuertar ad infidelitatem in qua prius fui. ſed firmiter pſeuerare volo in illa credulitate xpianitatis quam teneo.

i ¶ In te eripiar. non a me. Temptatio diabolum ſignat. qui omnibus momentis temptat. Bene dixit tranſgrediar murum. id eſt obſtaculum peccatorum quod eſt murus mortis non ſalutis quem inter deum et homines mortaliũ nequicie conſtruxerũt.

d ¶ Juſticiam meã quam tu deus donaſti. In Per oclos. aſpectus intelligitur diuinitatis.

¶ Quia ſicut iuſti ſp corde deum conſiderãt ita eos virt⁹ diuina iugiter reſpicit. ⁊ vnicuiq reddit ſm puritatẽ bonoꝝ actuum.

e ¶ Cum ſancto viro.i.domino ſaluatore ipo preſtante ſancti eẽ poſſumus. pcipitur etiam vt cum innocentia eius innocentes eẽ mereamur. Solent enim mores hominũ frequẽter eis ſimiles fieri qs habuerũt doctores ⁊ pceptores. f ¶ Petẽdũ eſt vt cum electione xpi (qui electus ab Eſaia dicit) eligamur qd tunc accidit nobis qñ pceptis eius obedimus. Cum peruerſo.i. cum diabolo ſubuerteris. qui propria iniquitate pũerſus eſt. illos etenim iniquiſſimos ſimiles ſibi fac quos ad ſue obedientie iura cõuertit.

g ¶ Saluum faciet populum cum in die iudicij ad dexteram ſuã hũiles collocabit. Oculi ſuperboꝝ. arrogãtes dicit. In Qui penitentiã agere dedignantur. ¶ Quos humiliabit cum deſcendent in pfunditatẽ gehenne. h In Lucerna eſt intellectus anime que illuminatur a xpo. Tenebras dicit ignorantiam cordis, quã petit a xpo illuminari

c eius ñ repuli a me. Et ero
immaculatuſ cum eo: ⁊ ob
ſuabo me ab iniqtate mea
d ÷Et:· retribuet mihi dñs
ſm iuſticiã meam: ⁊ ſm pu
ritatem manuũ mearum in
e cõſpectu oculoꝝ eius. Cũ
ſancto ſanctus eris: ⁊ cum
viro innocẽte innocẽſ eris
f ÷Et cum electo elect⁹ eris
⁊ cum peruerſo pũerteris.
g Quoniã tu pplm hũilẽ ſal
uũ facies: ⁊ oculos ſupbo
h rũ humiliabis. Qm̃ tu illu
minas lucernam meã: dñe
deus meus illumina tene-
i bras meas. Quoniã in te
eripiar a tentatõe: ⁊ in deo
meo tranſgrediar murum.
k Deus ÷ meus:· impolluta
via eius: eloquia dñi igne
examinata: ptector ẽ oim
l ſperãtiũ in ſe. Qm̃ qs de⁹
pter dñm: ⁊ quis de⁹ pter
m deũ nrm. Deus qui pcin-
xit me virtute: a poſuit im-
maculatam viam meam.
n Qui perfecit pedes meos

k ¶ Jmpolluta via eius. hoc eſt incarnatõ verbi. quam cõſtat pollutõnem non habuiſſe peccati.

In Eloquia dei. ſunt eius igne fidei ſiue tribulationis examinata mãdata. ideo deo ſunt placita ſicut aurũ igne pbatum. Qui in chriſtum credunt protegũtur.

¶ Nullus dimiſſus eſt niſi qui in eum ſperare neglexit.

l ¶ Hoc contra paganorum dementiã dicitur qui deos ſibi multifaria vanitate finxere. Dominum poſuit. quia ipſius ſerui ſum⁹ ⁊ eum adoramus. Jſte enim deus trinitas eſt inſeparabilis. tñ: diſtĩcta perſonis non ſubſtantia deitatis.

m In Qd ait pcinxit me. ſcilicet ſpirituſſanctus. qui noſ armat contra poteſtates iniquas.

¶ Jmmaculatã viam. hoc eſt viam puriſſimam ſine ſorde delicti. quam ſolus ille ambulauit qui peccata nõ fecit ⁊ alios ambulare fecit in ea.

n ¶ Tranſmeauit xpc. delicta pungentia hui⁹ ſeculi ⁊ facies peccatoꝝ pfundiſſimas ſicut ceru⁹ ſpinoſa fructecta. Sup excelſa ſtatuit euẽ.i. deus pr̃ ſup omnẽ altitudinẽ creaturaꝝ. Ut apl's ait. Et donauit illi nomen, qd ẽ ſup oẽ nomen.

o ℭ Doceri. eſt ab imminētibus inſidijs
cautum fieri. Manus. operationes ſignifi/
cant: p̄lium certamen diaboli. brachia vero
xp̄i. ꝓphete ſunt ⁊ apoſtoli per quos deſide/
rium ſue voluntatis opatus eſt his cōparat
arcum ereum. quia ne/
ſciunt ſerui dei p̄dican
do moleſcere. ſed in ce
leſti fortitudine pma/
nentes. verbis ſaluta/
ribus emiſſis velut ſa/
gittis eminus iacula/
tis. deuotoꝝ hominuꝫ
corda compungunt.
p ℭ Protectio ſalu
tis. gloriam ſignificat
reſurrectōis. qn̄ morta
li carne depoſita ean/
dem incorruptibilē re/
ſumpſit. Dextera. potē
tia diuinitatis eſt. que
aſſumptā humanitatē
in eterna maieſtate cō/
ſtituit. q ℑ Uox ec
cleſie. quem enim dili/
git de⁹ corripit. Et do/
ctrina tua (vt hꝫ alia li
tera) ip̄a me docebit qꝛ
neceſſe eſt dum hic ſu/
mus ſemp ſub doctrīa
eſſe. vnde paulus. oīs
inquit doctrina. in pn̄/
ti non videtur eſſe gau
dij ſed meroris. in futu
ro ꝟo multum fructuꝫ
affert. r ℑ Dila/
taſti greſſus meos. id ē
ſenſuꝫ meū in amplitu
dine tue charitatis.
ℳ Quia latam | feci/
ſti charitateꝫ hilariter
operantē etiam in his
ſcꝫ mortalibus rebus
⁊ membris que ſunt ſb
me. ℑ Nō ſunt in
firmata veſtigia. i. exē/
pla eius. a ſucceſſoribus ſequenda. ⁊ doctri
na eius. s ℑ Perſequar. vox xp̄i. id ē
xp̄c iudeos vel gentiles. qui ei iniuſte inimi
ci facti ſunt. vel eccleſia pſequit̄ carnales af
fectus. ⁊ cōp̄hendā illos anteq̄ cōp̄hendar
ab illis. ⁊ nō cōuertar. ſ. ab hac intentōe do/
nec deficiāt hmōi carnales affectus in me. ſi
ue inimici iudei ⁊ mali oēs a malicia vl'a co

tanq̄ ceruoꝝ: ⁊ ſup excelſa
o ſtatuēs me. Qui docet ma
nus meas ad p̄lium: ⁊ po-
ſuiſti vt arcum ereum bra-
p chia mea. ÷ Et :· dediſti mi
hi ꝓtectōem ſalutis tue: et
dextera tua ſuſcepit me.
q ÷ Et diſciplia tua correxit
me in finem :· : ⁊ diſciplina
r tua ip̄a me docebit. Dila-
taſti greſſus meos ſubtus
me: ⁊ nō ſunt infirmata ve
s ſtigia mea. Perſequar ini-
micos ⁊ comp̄hendā illos
⁊ non conuertar donec de
t ficiāt. Confringā illos nec
poterunt ſtare: cadent ſub
v tus pedes meos. Et p̄cin
xiſti me virtute ad bellum
ſupplantaſti inſurgētes in
x me ſubt⁹ me. Et inimicos
meos dediſti mihi dorſum
⁊ odientes me diſpdidiſti
y Clamauerūt nec erat q̄ ſal
uoſ faceret ad dn̄m: nec ex
z audiuit eos. Et cōminuaꝫ

gitatōibus prauis. t ℑ Affligam illos
(vt habet alia tranſlatio) ſcꝫ in multis mal'.
ſicut iam factū legimus. iudeis tpibus Ti/
ti. nec ſtare poterant. qꝛ in ſupbia erecti fue/
rant. Cadent. ſiue vt adorent ſe hūiliando.
ſeu vt ꝯculcent̄ dānati
v ℭ Precinctus. ē
enī virtute xp̄c: qn̄ pa/
tiētia ⁊ fortitudine. ad
uerſa iniquoꝝ ſupauit
Supplantauit eos: qn̄
qui contra eum inſana
conſpiratione tumue/
rūt ſuo iudicio ſine du
bio ſubdendi ſunt. vt
cum ſuo inſtigatore pe
reāt q̄ auctori ſuo cre/
dere noluerunt. hoc ei
de ſpiritibus īmundis
dictum eſt. qui p iude/
os xp̄o iniqua certami
na mouerūt.
x ℭℑ Dorſum. ſi
gnat cōuerſionē eoꝝ. q̄
reſiſtentes noī xp̄i pri⁹
dorſum verterēt ad xp̄m
nō faciem. poſtea ꝯuer
ſi facti ſunt xp̄iani. vt
paulus apoſtolus.
ℭ Uel dorſum dede/
runt qn̄ victi ſunt. ⁊ cō
uerſi. quoꝝ fuga (que
p dorſum ſignat̄) facta
ē xp̄i glorioſa victoria
Sicut ſaulus victus:
factus eſt victor paul⁹
qm̄ alios vicit cōuertē
do: prius ipſe victus.
Diſperſit odientes. qn̄
iudeos ī eoꝝ pfidia di
miſit dicētes ſanguis
eius ſup nos. hec enī
cauſa diſpſionis eorū.
ſanguis xp̄i ſcꝫ.
y ℑ Clamabūt im
pij ⁊ iudei in futuro iu
dicio ad xp̄m. cum viderint ſpem ſuaꝫ in dia
bolo corruiſſe. ℭ Non exaudiet eos. qm̄
infructuoſa illic eſt penitentia. vbi iam co/
gnoſcitur eſſe iuſta damnatio. z ℭ In/
telligant ſe ſupbi ⁊ grandiloqui cōminuen/
dos vt puluerē: qui moliūt̄ dn̄o prauis mē
tibus cōtradicere. Ante faciem venti vt de/
ſcere nō poſſint cū fuerint īminuti. Uō luto

compat peccatores qui fetidis peccatis inq̄
nant. Delebo.i. de medio ſanctorū tollam.
qd̄ ptinet ad lutū platearū. lutum quippe qꝛ
molliſſimū facile tollit. a ¶ Ereptus ē
xp̄s de contradictionibus populi: qñ explo/
ſis perfidis iudeis: ad
gentiū fidem deuotio/
nemq; tranſlatus ē. Cō
ſtitutus eſt in caput gē
tiū: qñ per fidem illorū
ſuſceptus eſt. qꝛ in frō/
tibus gentiū. cruc̄ ha
buerī vexilla radiare.
b ¶ Seruiuit po/
pulus xp̄o. i. gētes cre
diderūt xp̄o. quē prius
non cognouit. qꝛ in il/
luz credit. ℟ Obe
diuit auditu auris: qꝛ
mirabilia dei nō viden
tes neq; p̄ſentiā corpa
lem. ſed poſtea audierī
ꝛ ſuis doctoribus obe
dientes crediderunt. ꝛ
opere fidem impleue/
runt. c ℟ Filij ali
eni. filij dyaboli. qbus
ip̄e dixit vos ex patre
diabolo eſt̄. ¶ Mē
titi ſunt mihi: qñ dice/
bant. magiſter ſcimus.
qꝛ a deo veniſti ꝛ in ve
ritate viam dei doces.
Mentiri eſt eīn contra
mentē loqui. ꝛ illud in
ligua pmere: quod cō/
ſtat in aīo non habere
℟ A Inueterati
ſunt. id eſt in veteri ho
mine remanſerunt. qꝛ
innouare veni. Et clau
dicarunt. ¶ Nam
claudicare dicimus eos
qui vno pede debiles ſunt. ℟ Ille clau
dicat: qui patrem credit. ꝛ filium non credit
¶ iudei claudicāt. qui vnā partem ſcriptu
re. vetus ſcꝫ teſtamentū carnaliter intelligē/
tes. aliā. i. nouum teſtamentū reſpuentes nō
habēt. d ℟ recte dicit eccleſia. viuit do
minus: quem iudei in ſepulchro clauſerant.
¶ Benedictus dicitur deus: cum ei digna
deuotione laus pſoluitur. Exaltetur. i. in to
to orbe credat̄. Nec poterat aliter exaltari:
qui ſolus vocatur ꝛ eſt altiſſimus.

eos vt puluerē ante faciez
vēti: vt lutū platearum de-
a lebo eos. Eripies me d̄ cō
tradictōibus ppl̄i: cōſtitu-
b es me i caput gētiū. Ppl̄s
quē nō cognoui ſeruiuit mi
hi ÷ in: auditu auris obe-
c diuit mihi. Filij alieni mē
titi ſunt mihi. filij alieni in
ueterati ſunt: ꝛ claudicaue
d rūt a ſemit̄ ſuis. Viuit do
minus ꝛ bn̄dictus deꝰ me
us: ꝛ exaltet̄ deus ſalutis
e mee. Deꝰ q̄ das vindictaſ
mihi. ꝛ ſubdis pplos ſub
me: liberator meꝰ de inimi
cis meis ÷ iracundis:
f ✱ Et: ab inſurgētibus in
me exaltabiſ me: a viro ini
g quo eripies me. Propte-
rea ꝯfitebor tibi in natōibꝰ
dn̄e ꝛ nōi tuo pſalmū dicā
h Magnificās ſalutes regiſ
eiꝰ: ꝛ faciēs miſericordiaꝫ

e ℟ Deus qui das vindictā mihi: ſub/
uertendo iudeos. vel deꝰ q̄ das vindictas
ſctīs apoſtolis eorūq; ſucceſſoribus ecclie:
ſoluendi ꝛ corrigēdi. Et dedit poteſtatē p̄di
catoribꝰ. ad regendū gentes incredulas. Li
beratorē: deū dic̄. Pe/
tit eccl̄ia ſe liberari ab
hereticis ſeu a peccato
ribus ꝛ hoc ab iracun/
dis. ¶ id eſt a ferui
da malignitate ſuccen/
ſis: vindicari dicit̄ ec/
cleſia: qñ eius inimici
ad vere religiōis pene
tralia reducuntur
f ℟ Ab inſurgenti
bus. i. a perſecutoribuſ
A viro iniquo. i. a dia/
bolo vt in euāgelio. ini
micus homo hoc fecit.
¶ Vel quolibet ſciſ/
matico. g ¶ Pro/
pter illa que ſupius di
cta ſunt. Confitebor ti
bi. i. laudabo te p popu
los xp̄ianos. Pſalmꝰ
opuſ ſignificat actuale
q̄ vocibus laudat̄. qd̄
etiam deus citiꝰ q̄ vo/
ces exaudit. vnde dicit
confitebor. i. laudabo
ꝛ opabor. h ¶ Ma
gnificat pater regeꝫ ip
ſius. id eſt filium in to/
to orbe terrarum regna
turum chriſtus vnctus
interpretatur. ℟
Dauid manu fortis.
¶ Fecit in dauid mi
ſericordiam. quia eum
de perſequentium fero
citate liberauit. Semē
eius: dominum ſignifi/
cat ſaluatorem. vſq; in ſeculum. hoc eſt vſq;
in eternum. Semini chriſto miſericordia fa
cta eſt: quando reſurrexit celoſq; aſcendit. ꝛ
nunc ſedet ad dexteram patris rex in eternū

Firmamentum ſpei ꝛ refugium Oro
preſſure piiſſime deuſ. ſalua nos ab ini
micis ꝛ a laqueis mort̄. vt aſſumpti de mul
titudine circumſtantium tribulationum: de
uotiſſime ſancto nomini tuo cum innocen/
tie puritate pſallamus. Per dominum no/
ſtrum ieſum chriſtum filium tuum ꝛc̄.

xp̄o ſuo dauid: ⁊ ſemini eꝰ
vſq̄ȝ in ſeculum.
¶ In finem pſalmꝰ dauid
C Vñi p̄dicatores pro-
pheta collaudãs. eiꝰ incar
natõȝ ſpecioſiſſime deſcri-
bit: nec nõ p̄cepta noui ac
veteris teſtamēti magnifi
cãs: ab occult̃ vicijs pur-
gari ſe a dño deprecatur.

Pſalmus. xviij.

a Celi enarrãt gloriã dei
⁊ opa mãuũ eꝰ ãnũci-
b ant firmamētũ. Dies diei
eructat v̄bũ: ⁊ nox nocti i-
c dicat ſciaȝ. Nõ ſunt loque
le neq̄ȝ ſermões: quoꝝ nõ
d audiãt voces eoꝝ. In oēȝ
terrã exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ i
fines orbis ÷ terre:· verba
e eoꝝ. In ſole poſuit taber-
naculũ ſuũ: ⁊ ip̄e tanq̄ȝ ſpõ
ſus ꝓcedēs de thalão ſuo
f Exultauit vt gigas ad cur
rendã viam ÷ ſuã:· a ſũmo
g celo egreſſio eiꝰ. Et occur
ſus eiꝰ vſq̄ȝ ad ſummũ eiꝰ
nec eſt q̄ ſe abſcõdat. a ca-
h lore eiꝰ. Lex dñi imacula-
ta ↄuertēs aīas: teſtimoni
um dñi fidele: ſapiaȝ p̄ſtãs
i puul̃. Iuſticie dñi recte le-

C In finem pſalmus dauid: In ſcriptio ti
tuli huius frequenẽ expoſita eſt. p totũ igit̃
pſalmũ: ꝓphete verba ſunt de xp̄o loquētis.
a C Celi apl̃i ſunt ⁊ ꝓphete. qui de aduē
tu xp̄i annunciãt gloriã ip̄ius. opa manuum
eius. i. ipſe homo q̄ ex
manibus xp̄i plaſmatꝰ
eſt. Annũciãt firmamē
tũ. i. p̄dicatões. ſcȝ in-
carnationis xp̄i. p quã
firmabat̃ ſoliditas no
ſtre fidei. ⁊ ita in plura
li dici oportet annunci
ant. Sed ſm̄ iſtam lit-
terã que habet annũci-
at: oportet dici firmamen
tũ apl̃os ⁊ ꝓphetas. q̄
ãnunciãrt opera dei. i.
facta virtutuȝ ſm̄ ho-
minem. vt incarnatio-
nem mortem ⁊c̄
b N Dies xp̄s ſiue
apoſtoli C Eructat
verbum: cum irradian
do corda apoſtoloꝝ pu
riſſima. celeſtia verba i
timauit. vel cũ apoſto-
li corda fidelium lumi-
noſa predicatione illu-
minãt. Nox nocti indi
cat ſcientiã. Cuȝ iudas
iudeis xp̄m prodidit ac
tradidit ad occidendũ
c N C Non ſunt
loquele. Negando di-
cit nullos eſſe ſermões
neq̄ȝ loquelas. q̄s apo
ſtoli non potuiſſent lo-
qui. C Sermo nes:
pertinet ad communes
narrationes. loquele.
ad publicas ſuaſiones
quod vtrunq̄ȝ apoſto-
los feciſſe: certiſſimum
eſt. d C Terram:
hic hoīes debemus
accipe. Sonus vero: fa
ma miraculorum eſt. fi
nes terre ſunt reges. i.
non ſolum ad humiles
ſed etiam ad principes
gentium euangelij ver
ba peruenerunt. ⁊ oēs
homīes ſalubri doctri

na docuerunt. e C In ſole poſuit. i. in
manifeſtatõe. q꞉ mãifeſte venit. Dicit taber
naculũ ſcȝ ſui corpis. Et ip̄e. xp̄m dñm dicit
qui tanq̄ȝ ſponſus eccl̃ie ſue. ꝓceſſit de tha-
lamo ſuo. i. de vtero virgiãli. Vñ ſponſus a
ſpondēdo dr̄ xp̄s. q̄ to
tiens eſt ꝓmiſſus a ꝓ-
phet̃. f C Vñ gigã
ti compat̃ xp̄s. qui hu
manã naturam ſupans
magnitudine ſue potē
tie: oīa mundi vicia cũ
ſuo truculentiſſimo au
tore ꝓſtrauit. Hic via
curſum ſignificat eius
vite. q꞉ ſcȝ hõ natꝰ cre-
uit. docuit. paſſus eſt.
A ſũmo: patrē ſignifi-
cat. Egreſſio: natiuitas
filij: non t̃palis: ſed coe
terna p̄ri. g C Oc
curſus eius. ſcd̄m ho-
minē dr̄. q꞉ poſt aſſum-
ptionē carnis. in vtra-
q̄ȝ natura xp̄s ꝑmanēs
occurrit vſq̄ȝ ad ſũmuȝ
id eſt vſq̄ȝ ad ſedē pat-
ne maieſtatis. qua p̄ri
filius ſp̄ equalis eſt. ca
lor eius: ſpũſſctũs eſt.
a quo nemo põt abſcõ-
di. q꞉ potentie ſue diui
nitat̃ vniuſcuiuſq̄ȝ cor
da cognoſcit.
h N Lex dñi xp̄s ē
irrep̄henſibilis. q꞉ non
habuit pctm̃. Cõuertit
aīas: de captiuitate i li
bertatē. C Teſtimo
nia q̄ dedit iſrahelitico
ppl̃o fidelia fuerũt. q꞉
pleniſſima veritate co-
gnita ſunt. N Sa
pientiã p̄ſtat puulis: n̄
ſenſu: ſed humilibꝰ ⁊ ĩ
nocentibus. C At
lex dñi vetus: eſt imma
culata. q꞉ p legem no-
uam approbata.
i C Iuſticie dñi re-
uera recte. q꞉ nõ aliter
fecit dñs q̄ȝ docuit. Re
cte eñi ibi nõ ſunt. vbi
aliud eſt in ore. Retiſſi-

tificātes corda: p̄ceptū dn̄i lucidū illuminans oculos k Timor dn̄i sctūs pmanēs in sclm ÷ scli:· iudicia dn̄i vera iustificata i semetipsa l Desiderabilia sup aurū et lapidē p̄ciosū multū: ⁊ dul m ciora sup mel ⁊ fauū. Etem̄ seru⁹ tu⁹ custodit ea: in custodiēdis illis retributio n multa. Delicta q̄s intelligit. ab occult⁊ meis mūda me: ⁊ ab alienis pce seruo o tuo. Si mei nō fuerit dn̄ati: tūc imaculat⁹ ero. ⁊ emū p dabor a delicto maxio. Et erūt vt ꝯplaceāt eloq̄a oris mei: ⁊ meditatō cordis mei q i ꝯspectu tuo ÷ sp:· Dn̄e adiutor me⁹: ⁊ redēptor me⁹

¶ In finez psalmus dauid ¶ Rogat ꝓpha eccl'iam exaudiri. petēs illi⁹ ꝯsiliū a dn̄o ꝯfirmari. dicēsq̧ fideles. nō ptāte mūdana s̄ diuina potentia magnificādos. Psalmus. xix.

cant corda: subaudit iustorum. Lucidū preceptum dicit. qz sincerum ⁊ purum. Illuminat oculos. non istos carnales. sed illos interiores. k ¶ Timor dn̄i mixta cū pauore caritas est. qui impturbata cōstantia non trepida ꝯfusione pmanet sctūs qui timor vsu seculari. reuerentia nū cupat. Iudicia dei: dicit mādata dei. q̄ in veteri ⁊ nouo testamento ꝯscripta sunt. que in semetipis pmanēt. qz status eoꝝ nulla varietate mutatur. ¶ Nec alteri⁹ autoritate (vt firma habeant) nisi dn̄i egent. q̄ neminē allere pōt. l ¶ Desiderabilia iudicia dn̄i. i. mandata noui ⁊ veteris testamēti: sup aurū. qd̄ hūana cupiditas maxie desiderat possidere. Addidit lapidē p̄ciosum q̄ multū valet in paruissimo margaritho. Sed qz inueniri poterāt q̄ diuitias ꝯtenerēt addidit sapores: mel ⁊ fauū. Vetus testamentū superat mel. nouū vincit fauū. m ¶ Cuz dicit seru⁹ tuus: iustū signat ⁊ deuotū. q̄ iō custodit mandata dei. qz obedientibus retributio subseq̄tur. Merito dicta sunt multa qz cōp̄hēdi nō possunt vniuersa. que pparauit deus diligentibus se n ¶ Delicta quis intelligit: nisi scrutator cordiū deus. qui etiam potens est dimittere ea. Ab occultis id est a preteritis peccatis. ¶ Occultum est quod originale dicit in quo concipimur ⁊ nascimur ⁊ secreta voluntate peccamus. Alienum est quod malis hominibus suadētibus. siue diabolo suadenti committitur. s̄ fit ꝓprium. qz cōsensus noster plectibilis ex arbitrio nostro adhibetur, ⁊ ex illa traduce massa mortalium ab hoste spiritali corrupta sine grā dei: velociter subuertit. qz in primo hoīe p inobedientiā viciata monstrat. Naz q̄ facile est antiquo insidiatori infectis vetita suadere: qui potuit liberos atq̧ incorruptos sua calliditate decipere. Sunt ergo aliena: que ab alijs nostra suasione vl' culpa acta sunt. vel aliorum suasu aut auxilio nos facim⁹ o ¶ Tunc delicta dicunt. cum homo seruus sit pctī. si ista peccata non ppetrauero. ero immaculatus. Et emūdabor a delicto maximo. id est a superbia ¶ Qua ⁊ dyabolus cecidit ⁊ hominem traxit. ⁊ concessa beatitudine vacuauit. ¶ Non ergo petit tolli a se hic oīa omnino peccata. quod est impossibile. sed ne dominentur. p ¶ Possunt placere domino eloquia oris si a vitijs que superius dixit reddat homo alienus. Meditatio cordis que potest ad deuz peruenire est. spes. charitas ⁊ fides. q ¶ Adiutorem suum dicit deuz in bonis actibus redemptorem a malis. vt nemo meritis suis applicet: quod susceperit celesti largitate.

Oratio.

Piissime deus qui virginalis thalami egressu procedens. liberatis nobis ad patris dexteram conscendisti. immensam misericordiā tuam exposcim⁹. vt lege tua ꝯuersi. p̄cept⁊ illūinati. testimōijs eruditi. mereamur ⁊ ab aliēis ⁊ ab occlt⁊ vicijs emūdari. Qui. ¶ Iam nota sunt verba tituli. Nūc rogat ꝓpheta i hoc psalmo ꝓsperaꝫ euenire sancte dei eccl'ie. que longo tpe fieri posse per aduētum dn̄i preuidebat dicendo, exaudiat ⁊c̄.

a Ⅽ In die tribulatõis: oſtendit tp̄s gra uiſſime affictõis. Cũ dicit ꝓtegat te nomē dei iacob. hmõi benedictionē concedendaz petit ꝓpheta a dño chriſtiano populo. ſicut ſanctus patriarcha iacob priſcis tp̄ibus ab cum ſe dicēt in preſenti cognouiſſe: que poſt ſecula multa impletura erant. Saluum facit pater filiũ: in reſurrexione glorioſa ⁊ in celos aſcenſione. g Ⅽ Senſus iſte talis ē Exaudiet filium pater de celo. quia in dextera eius eſt ſalus.

ipo accepit qñ eſau fratri p̄latus eſt. Audiri cognoſcimur: qñ omnimodis aliqd obtinem⁹. b Ⅽ Optando dicēſ mittat: oſdit a patre filiũ miſſum ſuũ in auxilium ſctē dei eccl'ie. Syõ eni mons ſignat ſpeculationem. que cõuenit diuinitati qm̄ illi cũcta ſunt nota. c Ⅽ Sacrificiũ ſancte eccl'ie. ē ritus accipiendus. qui nunc agit corporis ⁊ et ſanguinis dñi inmolatione ſolēni. Holocauſtũ: totũ incenſum dicitur. ⁊ repreſentat idem iam dictũ ſacrificiũ: qđ pingue fit atq; iocũdũ: qñ noſtra oblatio mentis ⁊ corpis a gr̄a diuinitatis aſſumitur.

d Ⅽ Dicit tribuat tibi ſcđm cor tuũ. i. ſcđm intellectum quem habes de dño. vt eum credas vnũ ex t̄nitate paſſum carne. reſurrexiſſe aſcendiſſe in celum ⁊c̄. Et omne conſiliũ tuuz cõfirmet. hoc eſt cõſiliũ ſancte eccleſie: patrem ⁊ filium. ⁊ ſpm̄ſanctuz vnum deum credere: a quo ſunt omnia ⁊ ex cõſilio delibreate: oĩa ꝓ iſta fide ſpernere mundi delectamenta.

a Exaudiat te dñs in die
tribulatõiſ: ꝓtegat te
b nomē dei iacob. Mittat ti
bi auxiliũ de ſancto: ⁊ de
c ſyon tueat te. Memor ſit
oiſ ſacrificij tui: ⁊ holocau
ſtũ tuũ pingue fiat. Dya
d pſalm⁹ Tribuat tibi ſcđz
cor tuũ: ⁊ oē conſiliũ tuum
e ꝯfirmet. Letabimur i ſalu-
tari tuo: ⁊ i noie dei noſtri
f magnificabimur. Impleat
dñs oēs petitiones tuas:
nunc cognoui qm̄ ſaluũ fe
g cit dñs chriſtuz ſuum. Ex-
audiet illum de celo ſācto
ſuo: in potentatibus ſalus
h dextre eius. Hi in currib⁹
⁊ hi in equis: nos aũt i no
mine dñi dei nr̄i inocabi-
i mus. Ipi obligati ſũt ⁊ ce
ciderũt: nos aũt ſurrexim⁹
k ⁊ erecti ſum⁹. Dñe ſaluum
fac regem ÷ ⁊ :· exaudi nos
in die q̄ iuocauerim⁹ ÷ te :·

Ⅽ In finem pſalmus dauid.

Quam habens ex ꝓpria deitate: tñ expetere videtur ex carne. Potentatib⁹ dicit. q2 nos potentes efficit cum gratia ſua ī preſenti. ⁊ in futura vita in beata perennitate cuſtodiendo. que p dexteram intelligitur

h Ⅽ Per currus: voluptas mũdi ſine cupiditas deſignat. qm̄ ſuperbi ⁊ cupidi velut rote inſtabiles: mente huc illucq; diſcurrunt. Per equos: ſuperbi intelligunt. ipſi ſunt cupidi. i Ⅽ Nos aũt in illis non gloriemur. ſed in nomine dei quod ad premia eterna perducit i Ⅽ Dicit propheta. humanis honoribus vel prauis deſiderijs obligatos: cecidiſſe arrogantes. qđ neceſſe eſt illis contingere: qui ſe videntur nexuoſis erroribus illigare. Reſurgere duobus modis chriſtianus dicitur. ſcz a morte viciorum. ⁊ in illa reſurrectione. in qua iuſti eterna premia accipiũt. đ vtraq; hic intellige manifeſtum eſt. k Ⅽ Dicitur patri: ſaluum fac regem. id eſt. vt chriſtus reſurgat a mortuis. Exaudi nos. prouenit illud tunc generi humano: quando reſurrectionem chriſti firme credit ⁊ letanter aſpicit: vel per eum regem exaudi nos in die neceſſitatis noſtre.

e Ⅽ Nam in ſalutari eccleſie (qđ ē chriſtus ih̄s) letaturuz ſe eſſe declarauit. vt ſe vnum eſſe ex ex eius corpore monſtraret. ⁊ in ipſius nomine ſe eſſe magnificandum. q2 ex ipo chriſtiani fuerãt nũcupandi. Magnificari eſt maguum fieri. f Ⅽ Impleat dñs. fit iterum ad eccleſiam grata conuerſio. Nunc cognoui dicendo magnam virtutem ſue prophetationis oſtendit

Oro

Imple domine petitiones noſtras. ⁊ tã q; pinguiſſimum nos holocanſtum aſſume: vt inimicorum curribus obligatis: ſalutaris tui opitulatione letemur. Per do.

 

¶ Ideo titulus hic nonodecimo pſalmo
par eſt. qm̄ ⁊ iſte quidē de dn̄o ſaluatore lo-
quit̄ ſicut ſupior. ſed ſub aliqua diuerſitate
a ¶ Dn̄e dicit ꝓpheta ad patrē. in virtu-
te tua. i. in oīpotentia maieſtatis tue. in qua
⁊ filius regnat. Letabi-
tur rex. gaudet xp̄s ih̄s
Exultabit. i. ī eo ꝙ per
eū ſaluaſti hoīes: filius
tuus exultabit. q̄ eſt ſal-
uator. Uehemēter oſtē-
dit magnitudinē gau-
dij. vt quāta eſt copia ī
beneficio tāta ſit ⁊ gau-
dij magnitudo.
b ¶ Deſideriū aīe
eius fuit ꝓ oīm ſalute
occidi. vt p̄cioſus ſan-
guis eius mundū redi-
meret. volūtas labiorū
fuit: qn̄ immūdis ſpiri-
tibus imperabat. lan-
guores diuerſos ſermo-
nis ſui ſanabat impio.
⁊ predicationes popu-
lis inſerebat. Conſtat ī
nullo voluntatē eius
fuiſſe fraudatā: qn̄ oīa
que fieri iuſſit impleta
ſunt c ¶ Qm̄ p̄ue-
niſti: ſignificat humani-
tatem p̄uentam gratia
diuinitatis. ¶ Be-
nedictio dulcedīs fuit
īmunitas peccati. qua
donatus eſt xp̄us. nos
eniz in amaritudīe ade
concipimur ¶ vel
Benedictio dulcedinis
fuit. quando dictum ē.
hic eſt filius meus dile-
ctus. Corona: conuen-
tum ſignat diſcipulo-
rum. hec erat corona
capitis. hoc regale dia-
dema. quoniam ipſum
docentem circuitus a-
poſtolorum ambiebat.
Diadema illud non ideo vt ornaret eſt im-
poſitum. ſed de chriſto poti⁹ ornaretur. La-
pides precioſi: apoſtoli ſunt. d ¶ Uita
reſurrectionem ſignat quam ille petijt dicen-
do. Pater clarifica filium tuum. Lōgitudo
dierum: ſignat perennitatem chriſti, que nul-

lo fine concluditur. In ſeculum ſeculi: inde-
fectam ſtabilitatem futuri ſeculi indicat.
Sed memento ꝙ hec ⁊ his ſimilia. ab illa di-
cunt̄ parte qua paſſus eſt. e ¶ Maz glo-
ria ⁊ magnum decus: tempus ſignat iudicij
vbi in deitate ſua altiſ-
ſimus apparebit habēs
gloriam. ex iudicio. de-
corem de maieſtate. ſā-
cte etiam incarnationi
magna eſt gloria in ſa-
lutari. id eſt ī verbo pa-
tris. f ¶ Quo-
niam dabis eum in be-
nedictionem. quia om-
nis creatura benedicit
eum. Letificabis eum ī
gaudio: cum coaduna-
ta fuerit multitudo ſā-
ctorum. eiq̄ʒ ſanctorum
numerus reſtitutus.
¶ Cuz vultu tuo di-
cit: vt vna intelligatur
perſona ſine dubio eſſe
chriſti. quia humanitas
de diuinitate gaudet.
Quamuis etiaz de mē-
bris illud accipi chriſti
recte poſſit.
g ¶ Rex eſt iſte q̄
in paſſione ſua aſcri-
ptus tribus linguis le-
gebatur Sperauit ī do-
mino: ſm̄ hominem.
Non commouebitur: a
miſericordia patris. q̄r
protector eſt omnium
ſperantium in ſe.

¶ Hic pſ̄. dn̄i ſaluatorī
primo incarnatōʒ ⁊ poſtea
deitatis facta ꝓꝑh̄a narrā-
te decātat. Pſ̄. xx.

a Domine in virtute tua
letabit̄ rex: ⁊ ſuꝑ ſalu-
tare tuū exultabit vehemē-
b ter. Deſideriū cordis e⁹ tri-
buiſti ei: ⁊ volūtate labio-
rū eius nō fraudaſti eum.
c Diapſalma Qm̄ p̄ueni-
ſti eū in bn̄dictōib⁹ dulce-
dinis: poſuiſti in capite e⁹
coronā de lapide precioſo
d Uitā petijt a te ⁊ tribuiſti
ei: lōgitudinē diez in ſecu-
e lū ⁊ in ſcl'm ÷ ſeculi :· Ma-
gna glīa eius ī ſalutari tuo
gloriā ⁊ ÷ magnū :· decorē i-
f pones ſuꝑ eū. Qm̄ dabis
eum in benedictionē in ſe-
culū ÷ ſeculi :· letificabis eū
in gaudio cum vultu tuo.
g Quoniam rex ſperat in do-
mino: ⁊ in miſericordia al-
tiſſimi non commouebitur
h Inueniatur manus tua oi

h ¶ Inueniatur
manus tua. id eſt ope-
ratio tua reperiatur.
¶ Ut reuertantur
inimici afflicti poteſta-
te tua in bonum. Dextera patris: dominus
eſt ſaluator: qui eum oderunt: pena perpe-
tua damnandi ſunt ⁊ ſine fine cum diabolo
⁊ ſatellitibus ſuis. in eternis tenebris tor-
quendi. Inuenitur igitur dei manus in iu-
dicio futuro inimicis eius.

nimiter innecte:vt pa/
cem quā ꝓximis ore ꝓ/
ferimus cordib⁹ tenea
mus. Per.
C Conſummatio ta/
bernaculi:ꝑfectiōem ſi
gnificat eccle catholi/
ce.que ꝑ totum orbem
ꝓbatur eſſe conſtructa
Eſt em̄ totus iſte pſal/
mus. ſpūſſancti laude
pleniſſimus.
Iꝛ Vox xp̄i p̄dicatores admonet q̄ ꝑ gra/
tiam in adoptōem filiorꝫ vocati ſunt. Quid
admonet afferre:p̄dicatōem ⁊ exemplum.
a Iꝛ C Arietes apoſtoli ſunt accipiēdi.
C Aries em̄ dictus quaſi a fronte ruens.
id eſt diruēs. Iꝛ Qui duo cornua habet
in capite ſicut ſancti apoſtoli habuerūt duo
teſtamenta que p̄dicauerunt. Filij arietum.
ſucceſſores aplorꝫ ſunt. b Iꝛ Afferte do
mino gloriā,vt ꝑ opa veſtra glorificet᷑ eter/

m Saluum fac pplm tuū dn̄e
⁊ benedic hereditati tue:⁊
rege eos ⁊ extolle illos vſ
qꝫ ineternū.
C Pſalmus dauid ÷ in cō
ſummatōne tabernaculi:.
C Credentes ꝓpheta ge
neraliter admonet.vt dn̄o
ſacrificia deuota mēte per-
ſoluant ſeptenaria narra-
tione. ſanctiſpūs virtutes
enumerans. Ps.xxviij.
a ÷ Afferte dn̄o filij dei:.
afferte dn̄o filioſ arie
b tū. Afferte dn̄o gloriā ⁊ ho
norē:afferte dn̄o gloriā no
mini eius:adorate dn̄m in
c atrio ſancto ÷ eius:. Vox
dn̄i ſup aquas:deus maie
ſtatis intonuit : dn̄s ſuper
d aquaſ multas. Vox dn̄i in
virtute:vox dn̄i in magni-
e ficentia. Vox dn̄i confrin-
gētis cedros:⁊ confringet
dominus cedros libani.

nus deus. Afferte nomini eius.nomen p̄ris
filius eſt.gloria xp̄i:eccia ē.i.vt ꝑvos nomē
eius in cunctis gentibus innoteſcat. Ado/
rate in atrio ſancto. C Id eſt colite eum
in cōſcientia vr̄a mundiſſima.ip̄a eſt em̄ au/
la regalis et habitatio
ſpūſſancti.
c Iꝛ Vox dn̄i.id eſt
p̄dicatio dei ſcꝫ chriſti
ꝑ ſe ⁊ apoſtolos ſuos.
ſuper aquas.i.ſuꝑ po/
pulos.vt ē illud. aque
multe ppli multi. De⁹
maieſtatis.deus pote/
ſtatis. intonuit domi/
nus ſuper aquas.i. ter
ribiliter p̄dicauit de ta
bernaclo aſſumpti cor/
poris populis dicens:
penitentiā agite.
G Ecce primū donū
ſpūſſancti.ſcilꝫ Timor
quem p̄dicando chri/
ſtus cordibus hominū
dedit. Initiū.n.ſapiē/
tie et penitentie timor
domini eſt.
d Iꝛ Merito q̄ vox
dn̄i in virtute dicit᷑.qꝛ
in vnoquoqꝫ ſancto lo
quitur. C Et ei nul
lis obſtaculis obuiat᷑.
In magnificentia. q̄d
enim ſpūſancto magni
ficentius:qui illumia/
to corde ſentire facit.
vt appetāt᷑ bona:⁊ peſ
ſima queqꝫ fugiantur.
G In virtute.donuꝫ
pietatis. In magnificē
tia: donum ſcie notat᷑.
e Iꝛ Cedri: dicunt᷑
ſupbi vel ſublimes.
C Bene em̄ compat᷑
cedrus ſupbis. que nullos vtiles fruct⁹ ge/
nerat.ſic nec elatio deteſtabiliſ que peccatū
intulit mundo.Cedri que in libano naſcūt᷑:
altiores fiunt cedris que alicubi naſcunt᷑.⁊
ſignificat nobiles iſtius mundi ⁊ reges.qui
reliquos hoīes tanq̄ hūilia frutecta deſpi/
ciunt:quos dn̄s cōfringet qn̄ abiectis ſuꝑ/
bis hūiles eliget. G In cōfractōe cedro/
rū.donū fortitudis intelligit᷑ duꝫ fractos.i.
hūiliatos ⁊ ꝯuerſos q̄libet ꝓ xp̄o ſuſtinē fac᷑

f Et cõminuet eos tanq̃ vi
tulus libani: ⁊ dilect⁹ quẽ-
admodũ filius vnicorniũ.
g Uox dñi intercidentis fla
mã ignis: vox dñi cõcutiẽ
tis deſertũ: ÷ ⁊ cõmoue-
bit dñs deſertuȝ: cades.
h Uox dñi preparantis cer-
uos. ⁊ reuelabit cõdenſa:
⁊ in templo eius oĩes di-
i cent gloriaȝ. Dñs diluuiũ
inhabitare facit: ⁊ ſedebit
k dñs rex ineternũ. Dñs vir
tutẽ populo ſuo dabit: dñſ
benedicet pplo ſuo in pace

¶ Pſalmus cantici dedi-
catõis domus Dauid.

C Uox xpi ad patreȝ gra
tias agentis poſt eius glo
rioſiſſimã reſurrectõem.

Pſalmus. xxix.

a Exaltabo te dñe qm̃ ſu
ſcepiſti me: nec dele-
ctaſti inimicos meoſ ſuper
b me. Deus meus clamaui
ad te: ⁊ ſanaſti me.

f I Iſte vitulus ſignificat xpm. ſicut eñ confringit vitulus virgulta tenera cornib⁹ ita xpc confringet iudeos. Qui etiã dilect⁹ filius dei. dicit̃ p aſſumptõem corpis ⁊ fili⁹ vnicorniũ. i. iudeoꝝ. qꝛ ex ſtirpe iudeoꝝ ſcḋm carnem fuit. Iudei vni cornes dicuntur p vna lege quã habuerũt per quam in ſupbia ſe extu lerunt. Nos vtrunq; te ſtamentuȝ habem⁹ ipſi vet⁹ tm̃ recipiunt. nos duo cornua habemus. id eſt vtrunq; teſtm̃.

g I Uox dñi inter cidentis. i. auxiliũ illi⁹ inter pſecutores q̃ ſuis ſanctis ſubuenit. vt pſecutio furibundoꝝ fla ma ignis intelligatur. vel. Flamã dicit libidi nes quas p confeſſionẽ ⁊ gratiã facit ceſſare. Concutit deſertum vox dñi. i. p̃dicatio. ani mã que deſerta fuerat cõmouebit. quia aĩa q̃ vicijs occupata eſt. deſerta dicit̃. illis excuſſis habitabilis deo fit. C Deſertum appellati ſunt qui necdum ſi dei donũ pceperunt. I Quos cõmouebit dñs de infidelitate ad fidem. Cades inter p̃tatur cõmotio tinee. G Interciſio iſta fla me: donum conſilij innuit quo interrũpit̃ cõ ſenſus actuſq; peccati vel pſecutõis. in ɔcuſſione vo deſerti donuȝ intellectus notatur.

h I Ceruí: p̃dicatores ſignificat. quos p̃parauit. qñ illis ſpiritũſanctũ dedit ac illos p̃dicare miſit. Reuelauit condenſa. i. obſcura diuiãꝝ ſcripturarũ p ſpm̃ſanctũ illis patefecit. G Per ceruos igit̃ ſapientes intelligunt̃. qui cõtẽplatione. alta condeſcendẽtes. M Superant ⁊ repellunt venenoſas linguas hereticoꝝ. habes igit̃ ſeptimũ donũ ſpũſancti. ſ. ſapiãm. C Pro qua re. i. eccĩa eius: oẽs illi hec dona habentes referunt gloriam.

i C Dñs diluuiũ inhabitare facit. Hic ſignificat diluuiũ baptiſmũ ſiue aq̃s baptiſmi (p quas purgatur homo ſicut p diluuiuȝ purgatus eſt mũdus) et eas ſpũſanctus inhabitat. I Et ſedebit dñs in ſanctiſ (q̃ ſedes eius dicunt̃) in eternũ. i. in ſeculũ ſeculi. vl' ſedebit xpc ad dexteram patris.

k I Dñs virtutẽ. i. fidem ⁊ fortitudinẽ contra huius mundi pcellas pplo xpiano dabit. Et benedicet hic et in futuro: qñ dicturus erit. venite bñdicti patris mei. In pace. in ſemetipo. qꝛ ipſe eſt pax vera nr̃a.

Oratio.

Dona dñe virtutẽ populo tuo. ⁊ effice nos templũ ſpũſancti: vt tibi de corde puro: holocauſtũ acceptabile p̃paremus. Per.

C Domus ſignificat templũ dñici corporis. Dedicatio vo: reſurrectõem eiuſdeȝ dñi nr̃i. Tunc dedicauit: cuȝ a mortuis reſurrexit. tũc eñ corpus eius in eternam gloriã pductũ eſt. Dedicare. n. dicimus cũ nouitas domus alicuius in vſum celeberrimũ deputat̃. Domuſ aũt dauid: pp ſemẽ ei⁹ eſt poſita. vñ ſaluator carnis traxit originem.

a I Exaltabo te domine. Uox xpi ad p̃rem. vl' vox eccĩe ad chriſtũ. i. laudabo te. qm̃ ſuſcepiſti me. C Per diſpenſatõem qua reſurrexi a mortuis. Nec delectaſti. quia nõ potuerũt iudei xpm extinguere ſicut voluerunt. Delectaſti vo poſuit: p delectare feciſti. b I Oratio xpi ſiue eccĩe. ſanaſti me. i. reſurgere me feciſti. C Tunc eñ ſanatus ẽ xpc. qñ car

nem fragilitatis nr̄e. reſurgēdo in eterna vi
te gaudia collocauit ꝛ nos ſaluos fecit.
c C I Dñe eduxiſti. hoc expoſitōe non
eget. Manifeſtū eſt em̄ aniam xp̄i cum alijs
animabus ſanctoꝝ. de inferno reuocatam a

b C Dñe in voluntate tua. Vox xp̄i aſſe-
rit ſibi homini datam deſup virtutē a patre
virtutē. ſ. illam qua nō moueť a deo.
A Quo imunis ab om̄i peccato: oī gratia
rū plenitudine reſplendet. Similiter ꝛ deco

deo. C Deſcenden-
tes vo in lacum ſunt:
qui in iniquitate iſtius
ſeculi verſanť. ſaluatꝰ
eſt itaq a talibus. qꝛ a
cōione eoꝝ liberatus ē
cum reſurrexit a mor-
tuis. d I Pro-
pheta hortať ſanctos.
vt laudent illum a quo
ſaluati ſunt. Memorie
ſanctitatis eius dixit.
qꝛ memor noſtri eē di-
gnatus eſt. qui in vm-
bra mortis. i. peccatiꝯ
ſabanť. I Id eſt
memores ſitis iſtiꝰ be-
neficij quo vos libera-
uit. e C Indigna-
tio illius, mors ē pecca
toris. I Indigna
tio dei fuit: qñ adā pec
cauit. Ira: iuſta vindi-
cta. qñ eum de paradi-
ſo eiecit. Et vita in vo-
luntate eius. vt qui fe-
cerit voluntatē dei ma
neat in eterna vita. Et
ſicut i adam. ita in vno
quoq peccatore.
f I Veſperuz. tota
vita iſta pn̄s intelligiť
qꝛ p peccatū ade om̄es
vſq in finē ſeculi flent
vel gemūt. qñ recordā
tur bona padiſi que p-
diderunt in adam. Et
mane: leticia. qñ in re-
ſurrectōe ſimul in liber
tatem veniūt. vel alibi
Veſperū qñ flebat ma-
ria. leticia qñ xp̄c reſur

c Dñe deduxiſti ab inferno
aiam mea: ſaluaſti me a de
d ſcendētibus in lacū. Pſal
lite dño ſancti eius: ꝛ cōfi
temini memorie ſanctitatiſ
e eius. Qm̄ ira i indignatōe
eius: ꝛ vita in volūtate eiꝰ
f Ad veſperū demorabiť fle
tus: ꝛ ad matutinū leticia.
g Ego aūt dixi in abundan-
tia mea; non mouebor ine-
h ternuz. Dñe: in voluntate
tua pſtitiſti decori meo vir
i tutē. Auertiſti faciem tuaz
a me: ꝛ factus ſum cturba-
k tus. Ad te dñe clamabo: ꝛ
ad deum meum depcabor.
l Que vtilitas in ſanguine
meo; dum deſcendo in cor
m ruptōem. Nunquid confi-
tebiť tibi puluis: aut annū
n ciabit veritatē tuā. Audi-
uit dñs ꝛ miſertus eſt mei:
dñs ÷ factus :- eſt adiutor
o meus. Cōuertiſti planctuz
meū in gaudiū mihi: cōci-
diſti ſaccū meū: ꝛ circūde-

rem illū de quo ſcriptū
eſt. Specioſus forma
p̄ filijs hominum.
i I Tunc auertit
deus faciē ſuaz ab adā
qñ peccauit. Tūc tur-
batus eſt qñ ſub male-
dictione de paradiſo p
iectus eſt. A Vel a
xp̄o vertit faciem quā-
do paſſioni eum expo-
ſuit ꝛ cepit pauere ꝛ tur
bari ꝛ meſta eē hūani-
tas ꝛ carnis infirmitas
k I Ad te dñe cla-
mabo. xp̄c dñs hoc di-
cit. qui in cruce clama-
uit. cū p redempto po-
pulo patrem interpel-
lauit. l C Petit ꝗ
xp̄c nō vt nō moriatur.
ſed ne caro ipius cor-
ruptōe reſoluta macu-
leť. I Ac ſi dixiſ-
ſet humanitas. nulla ē
vtilitas ꝙ ſanguinē ef
fudi. niſi reſurrexero a
mortuis. A Si em̄
non reſurgam: nemini
annunciabo: nullū lu-
crabor. idō ſubdit. Nū
quid ꝛc̄. m I Nū
quid cōfitebiť tibi pul
uis. i. non poterit tur-
ba impioꝝ que adhuc
velut puluis oī vento
doctrine moueť iuſtifi
cari. ſi ego nō reſurgaz
Nec etiam annūciabit
veritatē tuam. hoc eſt
xp̄m tuū qui eſt veritas
n I Audiuit dñs.

rexit. A Dicit vo demorabiť. i. diu mora
biť. qꝛ a tp̄e peccati ade vſq in finē ſeculi.
g C Ego aūt dixi in abundantia. Abun-
dantia erat filio ſemp virginis marie. ꝙ ver
bum caro factū ē: ꝛ habitauit in nobis. Iu-
re dicebat ſe moueri nō poſſe ineternū a deo
ſcꝫ cui ſua maieſtas: ꝯfidentie dona pſtabat

. i. deus pater. Miſertus eſt. qꝛ reſurgere me
fecit a mortuis. factus eſt adiutor. qꝛ me fe-
cit primogenitū mortuoꝝ. o I Cōuer-
tiſti planctū meū cuz dicerē triſtis eſt anima
mea. In gaudiū cum dixi Ite nunciate fra-
tribus meis. C Cōciſus eſt ſaccus. i. cor
pus xp̄i. cū p nobis ip̄e mori dignatus eſt.

℞ Precinxit leticia. ſ. p reſurrectōem im
mortalitatis. p ¶ Cantare eñ diximus
ad mentis leticiaȝ ꝓprie ptinere. Gloria vo
xp̄i: maieſtas patris a quo audiuit. hic eſt fi
lius meus dilectus. ℟ Et cantat p̄ri glo
ria filij. qm̄ cauſa ē glo
ria filij: vt laudet p̄r et
ametur. ¶ Et qr cō
punctus eſt ſemel. id ē
crucifixus: nulli ſeulte
rius ſubiacere memo
rat paſſioni. Cōfitebor
.i. cū ſanctis eterna vo
ce te laudabo

nobis aūt vn⁹ de⁹. vna fides. vnū baptiſma.
Domus refugij ip̄e ē in qua p̄r habitat.
d ¶ Fortitudo. ptinet ad tolerāda q̄ paſ
ſus ē. refugiū ad finē maloꝝ: qm̄ iſtius ſecu
li iniquitates ſupauit fine glorioſe mortis.
Dux erat humanitate
dn̄i: qm̄ ſuū nomē p vni
uerſas gentes fecit co
gnoſci. Enutritū ſe di
cit. quouſqȝ ad pfectōȝ
catholica eccl̄ia ip̄i⁹ mu
nere perueniret. ℞ ℟
.i. paulatim ſctōs ag
gregando. corp⁹ ip̄ius
.i. eccl̄iam auget.
e ¶ Ergo laqueū ab
ſconderūt iudei xp̄o. q̄a
occultis euȝ machina
bant̄ pdere inſidijs. vn̄
ſe dicit educendū. i. re
ſurrectōnis bn̄ficio ad
ſupna velociter eleuā
dū. Protectoreȝ dn̄m
dicit. qr eoꝝ ptegēte nul
la p̄t aduerſitas p̄ualē
f ℞ In man⁹ tuas
.i. ptāti tue. ¶ Di
gnū ḡ fuit. vt tanto ſu
ſceptori talis ꝯmēda
ret̄ ſpūs. Addidit etiā
q̄s eēt iſte dn̄s qr ē de⁹
ꝟitatis. illoꝝ eñ deus
eſt ſpāliter q̄ ꝟitatē di
ligunt. nec in aliq̄ falſi
tate miſcent̄.
g ¶ Iuſte ergo veri
tas. oderat vanitatem.
qr vanitas in falſita
te verſat̄. ℞ Odi
re eñ deus d̄r id qđ re
probat. Addidit ſup
uacue. que nō ſolū va
cua vanitas d̄r ſ; etiaȝ
ſupuacua. ℟ Vani
tas ē h⁹ ſeculi falſa feli
citas. q̄ vacue obſuat̄
qr pdit̄ ꝛ ſupuacue ob
ſuat̄. qm̄ p ea habēda
ēē male agit̄.
h ¶ Speraui ī dn̄o
dicit. vbi ni ⁊il vanū ni
hil ſupuacuū eſt ſed totū fixum. Exultare: ē
cum magna alacritate animi gaudere. Leta
ri; temgatq mentis affectōe mulceri.

p diſti me leticia. Vt cantet
tibi gloria mea ꝛ nō cōpū
gar: dn̄e deus meus. in et
num confitebor tibi.

¶ In finē pſalmus Dauid
¶ Vox Xp̄i poſiti ī cruce
orantis patrē. vt d̄ malis
iminentibus liberet̄. agit
qȝ gratias p ſe et populo fi
deli. Ps. xxx.

a In te dn̄e ſperaui nō
cōfundar ineternū: in
b iuſticia tua libera me. In
clina ad me aurem tuā: ac
c celera ꝛ eruas me. Eſto mi
hi in deuȝ ptectorē ꝛ in do
mū refugij: vt ſaluū me fa
d cias. Qm̄ fortitudo mea ꝛ
refugiū meū es tu: ꝛ ꝓpter
nomen tuū deduces me et
e enutries me. Educes me
de laqueo hoc quē abſcon
derunt mihi: qm̄ tu es pte
f ctor me⁹. In manus tuas
cōmendo ſpm̄ meū: rede
miſti me dn̄e deus verita
g tis. Odiſti obſeruātes va
h nitates ſupuacue. Ego aūt
in dn̄o ſperaui: exultabo et
letabor ī miſericordia tua.

Oratio.

Aſceptor oīm cle
mentiſſime deus:
ne permittas delectari
inimicos nr̄os ſup nos
ſed ita nos in tua vir
tute corrobora. vt con
uerſo plāctu nr̄o ī gau
diū: memoriā ſanctita
tis tue iugiter excola
mus. Per.
¶ Verba que titulus
cōtinet ad xp̄m frequē
ter diximus referenda
cui totus hic pſalmus
aptandus eſt. qm̄ eius
paſſionē ꝛ reſurrectiōȝ
decātat. a ¶ Orat
xp̄c ad p̄rem ex natura
hūanitatis aſſūpta. ne
de ſua ſpe deiectus hu
mane inſultatōis patia
tur obprobria. addēs
ineternū vbi eius con
templatio fixa pmane
bat. In tua iuſticia q̄
ꝯſueuiſti ſubuenire ro
gantib⁹. Libera. ad pe
ricula huius mundi p
tinet amouenda.
b ¶ Inclina dixit.
ꝓpter mēbroꝝ ſuoꝝ hu
militatē. vt qm̄ nō po
terat humana cōditio
ad diuinitatē attinge
re. diuinitas inclinata
ta ad eaȝ deſcenderet.
Accelera. i. feſtia reſurrectōȝ dare celerrimā
c ℞ Vox eccl̄ie: in deū ptectorē. hoc ē in
deū defenſorē, qr multi ſunt dij nūcupatiui

i Quoniam reſpexiſti humilitatē
meā: ſaluaſti de neceſſitati
k bus aīam meā. Nec con/
cluſiſti me in manus inimi
ci: ſtatuiſti in loco ſpacio/
l ſo pedes meos. Miſerere
mei dñe qm̄ tribulor: ↄtur
batus ē in ira oculus meꝰ:
anima mea ⁊ venter meus
m Quoniam defecit in dolore vita
mea: ⁊ anni mei in gemiti/
n bus. Infirmata eſt in pau/
pertate virtus mea: ⁊ oſſa
o mea cōturbata ſunt. Sup
omnes inimicos meos fa/
ctus ſum obꝓbriū vici/
nis meis valde: ⁊ timor no/
p tis meis. Qui videbāt me
foras fugierunt a me: obli
uioni datus ſum tanq̄ mor
q tuus a corde. Factus ſum
tanq̄ vas ꝑditum: qm̄ au/
diui vitupatiōem multorū
cōmorantium in circuitu.

l ¶ Ideo erat in altiſſimo hūilitaſ. q2 illi hūanitas adherebat ab ipā conceptōe. Neceſſitas dicitur q2 in nece ſit poſita. id eſt in mortis anguſtijs conſtituta. Nam qñ peccatoꝝ laqueis innodamur. nec noſtra virtute poſſumus abſolui. neceſſitas appellatur. ¶ Neceſſitates igit̄ peccata ſunt. ex quibꝰ ſe hō ſoluere nequit. k ¶ Nec concluſiſti me dic̄. q2 liber effectꝰ ē a ptāte diaboli. Statuiſti dicit. hoc ē firmaſti in loco ſpacioſo. i. in patria virtutū in regione beatoꝝ. Pedes ſuos dicit. virtutes morales. p quas hūc mundū fixis greſſibus ambulauit. ¶ Locus ſpacioſus. charitas eſt pedes: affectus anime l N Miſerere mei dñe qm̄ tribulor. Vox eoꝝ eſt qui qualibȝ tribulatione tribulantur in quoꝝ pſona xp̄c loq̄tur hic. ſicut ſupius in pſona erutoꝝ de tribulatione dñ dixit. nec cō cluſiſti ⁊c̄. pōt dici ⁊ de xp̄o qñ ait. Triſtis eſt aīa mea vſq ad mortem. ¶ Iram poſuit: inimicoꝝ indignatōnē. Oculus. intellectū ſignat. quem ſemp conturbamus. qñ imminētia pericula formidamus. Ventrē dicit ſuā memoriā vbi habebat repoſita. que illi dñs d̄ ſua clarificatione pmiſerat. Animā: ſenſualitatem putat. m ¶ Deficere eñ. eſt. paulatim minus facere. ⁊ ad finē. p aliquas valitudinis minutias puenire. ⁊ ſignat hic illā conturbatōeȝ carnis xp̄i qua in paſſione eiꝰ vita carnis defecerat. Et anni mei in gemitibus. q2 non fuit leuis dolor: vbi cōtinuꝰ gemitus inſonabat. ¶ Anni chriſti omnes in gemitibus. qm̄ futuraȝ mortē ſemp vidit ⁊ in perſecutōibus completi ſunt.
n ¶ Virtus animi. in paupertate infirma

tur in membris xp̄i. quoniā oīibus bonis indiget humana fragilitas. Oſſa: fortitudinē corpis ſignificant. quia neq in animi robore. neq in ſpe carnis debet vlla eſſe pſumptio. N Virtus etiam corpis in egeſtate fuit ⁊ derelictiōe i paſſione.
o ¶ Inimicoſ. iudeos dicit. habebat inter eos obꝓbrium innocens xp̄c. qui ſe nephario ſcelere polluebant. Contra pbum dicim̄ improbum. i. inhoneſtum ⁊ indecorum. Obprobriū autem ſignificat valde abominabile facinus. Vicinos dicit qui ei in ciuitate fidei coniuncti. tamen perfecte non credebant. Notos apoſtolos ſignificat. qui in eius paſſione turbati ſunt. N ¶ Vel xp̄ianos malos dicit vicinos tales eſſe qui ſunt in malicia peiores oībꝰ alijs xp̄i inimicis.
p N Fugierūt apli in paſſione xp̄i eo relicto. Obliuioni datus eſt xp̄c infidelibus. qñ eum in carne mortuuȝ p nihilo cōputauerūt. ¶ Tanq̄ mortuus. nō eñ a fidelibus mortuus dicit̄ cuiꝰ diuinitas impaſſibilis veraciter eſtimatur ſ a mente infideliū mortuꝰ eſtimabatur. ¶ A corde morit̄. cuius memoria recedit a corde. ſicut obliuiſci ſolent homines mortuoꝝ. ¶ q Vas pdituȝ eſt qđ fractum eſt. ⁊ ad nullos vſus neceſſariū. qđ ſemp abijcitur. ita ⁊ xp̄c mortuus quaſi fractum vas abijciēdus putabat̄ pfidis iudeis. Audiui vitupatōem. i. circūhabitantiū pfidoꝝ iudeoꝝ. Merito tales circūhabitantes dicuntur qui legem dei non ſpiritaliter ſed carnaliter aduertere volunt. ¶ Sunt eñ vt cortex medullā circuiens. ſic lrām tenentes: ſpm̄ nō intrant ſcripturaꝝ ſed ſꝫ in cir/

r In eo dum cōuenirent ſil
aduerſum me:accipe aīam
s meam conſiliati ſunt. Ego
autē in te ſperaui dn̄e: dixi
deus meus es tu : in mani
t bus tuis ſortes mee. Eri-
pe me de manu inimicoꝝ
meoꝝ:ꝛ a ꝑſequentibꝰme.
v Illuſtra faciem tuaꝫ ſuper
ſeruū tuū:ſaluum me fac in
mia tua:dn̄e ne confundar
x qm̄ inuocaui te. Erubeſcāt
impij ꝛ deducantur in in-
fernū:muta fiant labia do-
y loſa. Que loquunṫ aduer-
ſus iuſtū iniquitatē: in ſup
z bia ꝛ abuſiōe. Quā magna
multitudo dulcedinis tue
÷domine:·: quā abſcondi
a ſti timentibus te. Perfeci
ſti eis qui ſperant in te : in
cōſpectu filioꝝ hominum.
b Aſcondes eos in abſcōdi
to faciei tue:a cōturbatiōe
c hoim. Proteges eos in ta
bernaculo tuo:a contradi-
d ctione linguarū. Benedi-
ctus dominus: quoniā mi

euitu moranṫ ꝛ cordice occidentis lr̄e.
r C In eo. conſiliatā ꝑtem maximā dicit iudeoꝝ. vt deum neci traderēt. H Oēs ſimul conſiliati ſunt. vt quererent aīam xp̄i. ſiue heretici:aīam eccl̄e. C Omne autē ſcelus grauius ē qḋ cō ſilio geritur plurimoꝝ
s C Sperauit in patrem filius. qꝛ ſciebat nullam eē ꝑtātē iudeorū contra ſe. ſ ip̄o creā te exiſtimus. ip̄o diſpo nēte vegetamur.
H In manibꝰ tuis ſortes mee. i. in gratia ſanctiſpūs.
A Que ſine merito quos vult eligit. Sortes itaqꝫ. i. dei gratuita electio eſt in manibus .i. ꝑtāte dei nō noſtra.
t C Ip̄m p̄rem rogat ſe eripe ḋ manu inimicoꝝ. i. iudeoꝝ. ꝛ a ꝑſequētibus hoc eſt paganis vel hereticis. q̄ eccl̄iam dei inſequunṫ fraudulentis machinatōnibus. A Maxime illi ꝑſequunṫ eccleſiam. qui cum ſint xp̄iani nolunt bene viuere ꝑ hos obprobriū habꝫ eccl̄a. iter quos gemēs iſte ait. Illuſtra ꝛc̄.
v C Illuſtra faciem tuam. i. fac videri. ꝙ ſupra me dignaris intendere. vt ſicut de morīē te deſperant. ita de reſurrectōe confidant.
H Ut nō ꝯfundar. ſed ſaluer ab his ꝑſecutōibus. x H Erubeſcant impij ſiue iniq̄ demones vel q̄cūqꝫ mali. cū viderint ſanctos coronatos. quos in deſpectione habuerūt. et ſe ꝯdemnatos. C Seqꝫ cū reſpexerint in graui periculo ꝯſtitutos: velociter obmuteſcunt. y C Loquiṫ em̄ falſitas cōtra veritatē. qn̄ arriani creaturā dn̄m creatorē dicunt. Addidit in ſuꝑbia ꝛ abuſione. i. in cō-
temptu. Nam cū audiuit iſta falſitas flagellis ceſuꝫ. ſtatim in blaſphema verba ꝓſiliuit
A Abuſio fuit qn̄ eū qui ꝓpter eos venit in carnē crucifixerunt abutentes dei beneficio
z H Multitudo dulcedinis eſt. multa p̄mia que p̄parauit eccleſie ſue vt eſſet ſine fine cū angelis ſuis regnatura. C Que hic ſentiṫ abſcondita. ſ in futuro iudicio oſtendiṫ māifeſta. A C Eſt etiam dulcedo hic dei multiplex. duꝫ corrigit bonos vel parcit ꝓnitētit vel emendat quos amat. quā tn̄ impiꝰ nō ſentit. qui palatuꝫ cordis ꝑdidit de febre iniq̄tatis. a C Perfecit illam dulcedineꝫ in illis qui conſtanti animo eam exquirunt. In cōſpectu filioꝝ. i. in illa reſurrectiōe qn̄ ſanctis ſuis p̄mia eterna reſtituet. H Perfeciſti ac ſi dicat perfecturus eris. vel in conſpectu eoꝝ q̄ hūana et nō celeſtia queſierunt.
b C Abſcōdes eos in abſcondito. i. in illa reſurrectōe. qn̄ iuſti cōtemplatōe dei ꝑfruūṫ. ꝛ premia eterna conſequētur. quā gloriā impij nō vident. Homīes ſ oēs ꝑſecutores ꝛ ſciſmaticos dicit. qui hic conſueuerunt cōturbare populū xp̄ianū.
c C Hic ꝓteguntṫ iuſti in tabernaculo. i. in eccl̄ia. ibi em̄ ꝓteguntṫ: vbi maloꝝ improbitas minime nocere illis ꝑmittiṫ qn̄ illeſe anime iuſtoꝝ. ſub qualibet afflictione corporea ſeruanṫ. d H Benedictus dn̄s. cui benedicit oīs creatura. ſ nō ideo quaſi egeat nr̄a bn̄dictōe a nobis bn̄dicitur. ſed vt nos ab ip̄o benedictōem accipe mereamur. Mirificauit miam in ciuitate.

rificauit miam ſuam mihi i
e ciuitate munita. Ego autē
dixi in exceſſu mentis mee
ꝓiectus ſum a facie oculo-
f rum tuoꝝ. Ideo exaudiſti
vocem orōnis mee: dū cla
g marē ad te. Diligite dñm
omnes ſancti eius ÷ qm̄ :·
veritatē requiret dñs: ꝛ re
tribuet abundanter facienti
h bus ſupbiā. Viriliter agi
te ꝛ confortet cor veſtrum:
oēs qui ſperatis in dño.

¶ Dauid intellectus.

¶ Vox penitentis et dñi verba reſpondentis ſe circūdare mia ſua in ſe ſperātes.

## Pſalmus .xxxj.

a Beati quoꝝ remiſſe ſūt
iniquitates: ꝛ quoꝝ te
b cta ſunt peccata. Beatus
vir cui non imputauit dñs
peccatū: nec eſt in ſpū eius
c dolus. Qm̄ tacui inueterauerunt oſſa mea: dum cla-

I ¶ Id eſt in ir͞lm quā circūdant om̄es gentes. I Que eſt in medio mundi. q̄a ibi natus paſſus ꝛ reſurrexit. e I Tūc in exceſſu mentiſ eſt eccl͞ia: qn̄ cogitat que in paradiſo amiſit. ꝛ qualiter deus ꝑ angelum apud adam loquebat: ꝛ qūo oculis interioribus deum videbat. q̄ ꝓiectuſ eſt a facie dei qn̄ tranſgreſſus ē mandata dei. ꝛ oīs poſteritas eſt in illo ꝓiecta.

f ¶ Ideo exauditū ſe dicit xp̄c in mēbris ſuis. qꝛ non tardat gratia dei adiuuare illum. qui humiliter dñm rogat. Et exauditꝰ ē xp̄c: qn̄ audita eſt paterna vox dicens. hic ē filius meus dilectus. ꝛ quādo clamauit ad patrē. Deus deus meus quare me dereliquiſti.

g ¶ Diligite dicit. iam tanꝗ̄ ad amicos: non tanꝗ̄ ad ſeruos: ſeruoꝝ eſt eīm formidare. amicoꝝ diligere. Requirit dominus veritatem quam neſciunt heretici. falſis erroribus illigati. Hic ſupbiam. non vnum vicium dicit. ſed quicquid morū prauitate peccatur. Illis tribuit abundanter qui ꝓcepta dei deſpiciunt. h ¶ Viriliter agite. i. in bonis operibus conſtantiſſime perdurare: ne femīea mollicie deficiatis: qui corda veſtra domino conſtanter offertis. Sic enī roborantur corda fidelium: ſi ſpem ſuam dñi virtute cōfirment.

Oratio.

Immenſā multitudinē dulcedinis tue piiſſime domine ſuppliciter exoramus. vt dum veritatem tuam requirimus tumorē execrabilis ſupbie cōteramus. Per.

¶ Cur in hoc titulo dauid poſuit intellectus: cum omnes pſalmi ꝓpter intellectū corum habendū ſint ſcripti. Reſponſio. primo meminit dauid. ꝓpter dñm xp̄m. qm̄ ad ipm̄ reſpicit quicquid penitens iſte dicturus eſt Deinde addidit intellectus. vt cum nos intelligere diuinitas preſtiterit peccata noſtra: pro eis tunc diluendis ſupplicemus. in alio eſt pſalmo dictum eſt delicta quis intelligit. ō intellectu igitur peccatorum loquitur.

a I Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates. id eſt ꝑ confeſſionem a dño diluunt. Vel quorū tecta ſunt. id eſt per charitatem. que operit multitudinē peccatoꝝ vel velata per penitentiam ne in iudicio reuelentur. ¶ Iniquitates ſūt. que ante ſuſceptam fidem cōmittunt peccata que poſt fidei cognitōem vel gratiā baptiſmatis cōtrahūt

b I Illi nō imputatur peccatū qui in hoc ſeculo ſe per pniam ſufficienter expurgat vel ꝑ martiriū purgat. Q̄ tegitur: non videtur: quod non videtur non imputat. qō nō imputatur nec punietur. In illius ore dolus nō eſt qui ſe peccatorē ꝓfitet ¶ Quia dū noſmet ipos culpamus. verilo quium eſt. cum nos volumus laudare: mēdacium ē. ipe eīm dño placet qui ſibi diſplicet.

c I Tacui. vox malo͞ꝝ eſt. q̄ tacēt ſua peccata. ꝛ in confeſſiōe nolunt dicere. ideo omnis fortitudo mea. id ē virtutes in infirmitate conſenuit.

A ¶ More vulneris corporalis qō dum occultatur medico putreſcit. Dum clamarē I Clamant id eſt ſi aliquid boni habent per vanitatem demonſtrant. Tota die.

I A. Id eſt tota vita que breuis eſt tacēt peccata, clamant ꝛ iactant merita,

d ℟ Grauata eſt manus dei ſup peccatores.i.poteſtas vindicte in die iudicij.
℣ Die et nocte: cõtinuũ tempus ſignificat Erumnoſus dicitur valde ruinoſus. Ruina quippe appellata ẽ.quaſi ruens ĩ ima.Conuerſus eſt in erumna: qui ceciderat ď ſuperbia.vt qui ante erat ſuperbus nunc humilis factus eſt. Spina eſt q̃ corpus erigit atq; retinet.hec.p ſupbia merito poſita eſt. que cõfracta non deijcit ad interitũ. ſed erigit ad ſalutem. ℟ Erumna miſeria eſt. ℣ Uel configitur. ſpina cum pungitur conſcientia τ dolet. e ℣ Ille delictuz cognitũ facit. qui illud in cõfeſſionẽ veram pducit. Operire ẽ valde aliquid ſilentio tegere.aut cordis diſſimulatõe celare.hoc faciunt ſtulti.qui putant deum ignorare. quod agunt. Delictum q̃dã leue putant eſſe peccatũ quaſi negligentius derelictum. Iniuſticia autem eſt immane aliquid vel ſeuũ cõmiſſuz Sed τ ⁊ic puritas cõfitentis oſtendit. qr nõ vult celare qđ credebatur eẽ veniale.
f ℟ Dixi In corde vbi deus videt cõfitebor. ℣ Id eſt publice fatebor vt alios ad imitatõez trahat pia fidelisq; confeſſio. Impietas cordis fuit. qr tacere decreuerat. vt illi crederet eſſe aliquid celatum qui anteq̃ fiant omnia nouit.
g ℟ Pro hac orauit.i. p iniquitate hac vel remiſſiõe.quod ſupius dixit. Omnis ſanctus dicit.qr nemo eſt a peccatis immunis.
℣ In tempore oportuno id iſta.ſ. mundi vita. vbi conuerti fas eſt. Nam in inferno ſicut ſuperius dictum eſt:nemo proficue domino confitetur.
h ℣ Diluuium aquarum multarũ eſt error hominũ peſſimorꝫ.qui varijs prauitatibus fluctuantes multiplices ſibi doctrinas conſtituunt.τ hi ad dominũ nõ approximabunt. quoniam a vera religione diſcedunt.
i ℣ Refugium.ẽ ad quod cõfugitur.vt pericula declinentur.
℟ Exultatio mea. dicit eccleſia quia in te gaudeo. ℣ Erue me ab inimicis. ſiue a vicijs carnalibus ſeu ſpiritibus immũdis. qui nos pdere p̃cipiti velocitate feſtinant.

d mare; tota die. Qm̃ die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſuz in erumna ✱ mea:⁊ dum cõ figitur ſpina. ✱ Dyapſal:⁊
e Delictũ meũ cognitũ ✱ tibi:⁊ feci: τ iniuſticiã meam
f non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſticiam meã dño: τ tu remiſiſti impietatez peccati mei.
g Dyapſalma. Pro hac orabat ad te oĩs ſanctus: in tẽ
h pore oportuno. Uerũtñ in diluuio aquaꝝ multaꝝ ad eum non approximabunt.
i Tu es refugium meũ a tribulatõne que circumdedit me: exultatio mea erue me a circumdantibus me.
k Dyapſalma. Intellectum tibi dabo τ inſtruã te ĩ via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.
l Nolite fieri ſicut equus τ mulus: q̃b⁹ nõ ẽ intellect⁹.
m In chamo τ freno maxillaſ

k ℣ Intellectũ non habent peccatores: niſi quando conuerſus dominus propiciatus ei indulget. Intelligere eſt bñ agere τ ad mãdata dei vota conuertere. Et inſtruam te.q̃ſi neſcientem doceam. In via hac qua gradieris. ℟ ℣ Uiam cõfeſſionis dicit doceam te. vt nõ recedas ab ea. ℣ Firmabo ſuper te oculos.i.in te dirigam lumẽ intelligentie mee
l ℣ Equus ſine diſcretione: ſeſſoris arbitrio ſeruit. τ a quocunq; aſcenſus fuerit. excurrit. Mulus patienter onera portat. τ per hoc vtriq; intellectum non habent. quia nec equus eligit cui obediat. nec mulus quibus oneribus ingrauet' intelligit. ergo diabolicis fraudibus inſideri τ viciorum onere grauari homines prohibet propheta.
m ℣ Chamus ad mulũ ptinet. frenuz ad equũ reſpicit. Frenũ eñ a fero retinẽdo dictũ ẽ: ferũ: antiq̃ gaballũ dixerũt. Ergo iſta retinacula. hec duo aĩalia cohibẽt. vt ad arbitriũ iubẽtis incedãt.ne ſuis volũtatib⁹ fe

rantur. Maxille adminicula ſunt animaliū quibus eſca manditur. Ipſas ergo maxillas ꝑ figuram allegoricaꝫ dicit debere inobedien̄tibus conſtringi. i. victum ꝑtius dari eis vt ieiunijs macerati creatoris ſubdant̄ impio

b ¶ Cithara dicta ꝙ cita iteratione ꝑcutitur. Iñ Habens deorſum canamen ſuperius ſex cordas. ⁊ ſignificat ſex opera miſericordie. Et de illis cordis alie bene cantant alie murmurant ſic et ſancti alij ſic alij vo ſic. Pſalterium deſurſum habet cauamē ⁊ decē cordas. ⁊ ſignat decem precepta legis. que de ſupernis veniūnt in ſanctos.

n ¶ Multa flagella ſuſtinent peccatores contumaces nolentes ire per ſemitas rectas. vt quod nō faciūt ſpōte: plagis adhibitis cogantur implere. Sperantes aūt in dño. circūdabit mīa. vt non ſit locus relictus vñ poſſit diabolus ad eos introire.

o ¶ Omnis iuſtus letatur in domino. Nā qui in ſe gaudet fallaci ꝑſumptōe decipitur. q̄ vo in dño letatur ꝑpetua delectatiōe ꝑfruit̄. Letari eſt tacite mētis ſuauitate mulceri. Exultare vo eſt concitati animi feruore gaudere Et gloriamini q̄ recti corde eſtis ⁊ credit̄ ex ſeruitio dei eos ad eterne beatitudinis ꝑmia ꝑuenire.

Oratio.

Sancte domīe qui remiſſis delictis. beatitudinē te confeſſis attribuiſ: exaudi vota p̄ſentis familie. ⁊ cōfracto peccati aculeo: ſpiritali nos exultatōe ꝑfunde. Per.

eoꝝ conſtringe: qui nō ap-
n proximāt ad te. Multa fla
gella peccatoris: ſperantē
aūt in dño mīa circūdabit
o Letamini in dño ⁊ exulta
te iuſti: ⁊ gloriamini omēs
recti corde.

¶÷ Pſalmus dauid:·.

¶ Propheta in dño gaudere admonet iuſtos. beatoſq; appellat. qui ad eius meruerint ꝑtinere culturā.

Pſalmus. xxxij.

Exultate iuſti in dño:
rectos decet collau-
b datio. Confitemini dño in
cithara: in pſalterio decē
c cordaꝝ pſallite illi. Canta
te ei canticū nouū: bñ pſal-
d lite ei i vociferatiōe. Quia
rectum ē verbuꝫ dñi: ⁊ oia
e opera eius in fide. Diligit
miam ⁊ iudiciū: mīa domi
f ni plena eſt terra. Verbo
dñi celi firmati ſunt: ⁊ ſpū
oris eius oīs virtus eoꝝ.

c ¶ Nouum canticum dicit incarnatōem domini qua angeli domini cantabant dicentes. gloria in altiſſimis Iñ Ille bene pſallit qui implet opere quod docet. Vociferatio: iubilatio eſt. quia nec verbis nec ſyllabis nec literis nec in vocem pōt erumpere aut mens cōprehendere pōt quantum homo debet laudare deum quod eſt iubilus.

d ¶ Rectus eſt itaꝙ ſermo dñi ad dirigēdos. ſ. hoīes. veraciter eīm rectus dicit̄ qui rectos facit. Iñ Opera eius in fide ſanctorum q2 qđ ꝓmittit deus ſanctis: non mentitur.

e ¶ Diligit mīam i hoc mundo. vbi eā longe lateꝙ diſſemiat. Uidelicet vbi ſuſtinet peccatores. vbi blaſphemos patiēter expectat. Iudiciuꝫ: cuꝫ pios ſequeſtrat ab impijs. Et merita eoꝝ equalitatis lance diſcernit.

Iñ Plena eſt terra: totus mundus. vel eccleſia. q2 ſicut ille vbiꝙ eſt: ita miſericordia cum illo eſt vbiꝙ.

¶ Hic titulus dño notus eſt. ⁊ ideo lector in eo ſequat̄ expoſitōꝫ priorem.

a ¶ Cōmonet ꝓpheta xp̄ianos vt nō in terrenis delectatōibus exultent. ſed in dño vbi gaudia continua ſuauitate perfecta ſunt. Rectos decet collaudatio. non hereticos prauos decet. ſed rectos. Iñ Qui in regula veritatis ſua corda dirigunt. ¶ Collaudatio vero multoꝝ ore vna laudatio eſt, ꝓpter vnitatē eccleſie.

f Iñ ¶ Verbo dñi. hoc eſt a filio dei. celi firmati ſūt. i. apoſtoli. ¶ Spū oris. vtiꝙ q̄ñ ſpūſſanctus eoꝝ doctrinaꝫ declarauit ſignis ⁊ miraculis. Uirtus eīm. ⁊ ad miracula ꝑtinet, ⁊ ad p̄dicatōem eoꝝ.

g ℭ Uter eſt exutum pecoris tergus: qḋ
vſibus humanis deſeruit ad liquores aliqͣs
congregandos. ⁊ hic vter eccleſie compatur
quia ſicut iſte complectiẗ liquores: ita ⁊ illa
adunatōem credētis populi includit. Aque
maris: populum xp̄ia-
num ſignificat.
I ℭ Ponit in the
ſauris .i. in ſcripturis
diuinis: ꝓfunditatem
ſenſuum.
h ℭ Hic terra. durū
ſignificat ꝑ omnia pec
catorē. qui merito ter-
ra dicitur. q꞉ tm̄ terre-
na diligit. I Cō-
moueant omnes .i. de
infidelitate ad crudeli
tatē. Et aliter. in admi
ratione creatoris crea
ture ip̄iuſ cōmote ſunt
i I Qm̄ ip̄e dixit.
ideo ip̄m cuncta time-
ant quia ab ipſo facta
ſunt ⁊ creata.
k ℭ Dn̄s diſſipauit
conſilia gentium. quā-
do eas in idoloꝝ cultu
ra non dimiſit diutius
ꝑmanere. I Re-
probat cogitatōnes ſa
duceoꝝ ⁊ phariſeoꝝ. vl'
reliquaꝝ poteſtatū ge-
nera. Cōſilia principū
anne ⁊ caiphe. quoꝝ
oīm conſiliū ſp in ma-
lo fuit. qḋ dn̄s reſurgē
do deſtruxit.
l I Conſilium dn̄i
fuit vt reſurgēt a mor-
tuis ſicut ⁊ fecit.
ℭ Uel: Conſiliū aūt
dn̄i intelligimus incar
natōis archanū. quod
ad conſulendū hūano
generi conſtat eſſe con
ceſſum. hoc nulla etate
diſſoluiẗ. ſed manet in eternū. I ℭ Co-
gitatiōes cordis eius: ſignificant p̄deſtina-
tōem. in qua cuncta repoſita ſunt que ꝑma-
nent in eternū. Eterna igiẗ ſanctoꝝ p̄deſti-
natio: cogitationes cordis eius dicuntur.
m ℭ Ipſa vtiqꝫ gens beata eſt. a qua do
minus colitur. qui eaꝫ protegit ac gubernat

g Congregans ſicut in vtreꝫ
aq̄s maris: ponens in the-
h ſauris abiſſos. Timeat do
minū oīs terra: ab eo aūt cō
moueanẗ oēs inhabitātes
i orbem. Qm̄ ip̄e dixit ⁊ fcā
ſunt: ip̄e mandauit ⁊ crea-
k ta ſunt. Dominus diſſipat
ꝯſilia gentiū: reprobat aūt
cogitatōes pploꝝ: ÷ ⁊ re-
probat cōſilia principuꝫ :·
l Conſilium ÷ auteꝫ :· dn̄i in
eternū manet: cogitatiōes
cordis eius in generatōne
m ⁊ generatōem. Beata gēs
cuiꝰ eſt dn̄s deus eius: po
pulus quē elegit in heredi
n tateꝫ ſibi. De celo reſpexit
dn̄s: vidit oēſ filios hoīm
o De p̄pato habitaculo ſuo:
reſpexit ſuꝑ oēs qui habi-
p tant terram. Qui finxit ſin
gillatim corda eoꝝ: qui in-
q telligit oīa opa eorū. Non
ſaluatur rex ꝑ multam vir-
tutem: ⁊ gigas nō ſaluabiẗ
in mlt̄itudīe v̄tutis ÷ ſue :·

Populus chriſtianus hereditas chriſti eſt.
quia eum autor ſuus poſſidet. quem predi-
cationibus ſanctis ⁊ p̄cioſo ſanguine acqui
ſiuit. n ℭ De celo reſpexit dominꝰ quā-
do donauit aduentum proprij filij. Uidit. ſi
gnificat gratiam miſe-
rentis. Filioſ hominū
I Id eſt peccatorū
abſoluit. quia nūqꝫ re-
ſpectus eius ſine miſe
ricordia fuit.
ℭ Nota vero q̄ dum
deus dicitur in ſcriptu
ris reſpicere peccata:
punit. cum vero hominē
abſoluit.
o ℭ De preparato
habitaculo. id eſt de fu
turo domini corpore.
quod preparatum in p̄
deſtinatione fuerat: re
ſpexit ſuper omnes. id
eſt diſpoſuit. vt pericli
tanti mundo (quē diſ-
poſuerat facere) ſubue
niret.
p ℭ Finxit corda q̄
bus intelligētie ſue do
na largitus eſt. Singil
latim. id eſt diuiſim vel
diſtinctim. corda eorū.
ſcꝫ ſanctoꝝ ſub domi-
ni timore viuentiū. In-
telligit. quando actibꝰ
bonoꝝ: premia digna
reſtituit. Oīa opa .i.
cogitatōnes. dicta vel
facta.
q ℭ Regeꝫ dicit ho
minē cōtinentē. qui qͣ
uis rogat corpus ſuuꝫ
miſeratione diuīa: a vi
cijs tamen carnalibus
ſaluus fieri non poteſt
dum de ſua virtute pre
ſumpſerit. eundē etiaꝫ
gigantem vult intelli-
gi. qui virtutū magnitudiue roboratus con
tra immanitatē diaboli dimicat fortiter. Et
lꝫ ſic fortiter confligat ſi tn̄ ſubleuatus fue-
rit vicio ſupbie ſaluus eſſe non poterit. Gi-
gas vero interp̄taẗ terrigena. Et iuſte virtus
hūana a deo deſeriẗ. qn̄ datū bonū: nō largi
tori deo ſed ꝓprijs viribus applicaẗ.

r Fallax equus ad ſalutem:
in abundantia aũt virtutis
s ÷ſue:· non ſaluabit. Ecce
oculi dñi ſuper metuentes
eum:÷ ⁊ in eis:· qui ſperãt
t ſup mia eius. Ut eruat a
morte animas eoꝝ: ⁊ alat
v eos in fame. Anima nr̃a ſu
ſtinet dñm: qm̃ adiutor ⁊ ꝓ
x tector noſter eſt. Quia i eo
letabit cor nr̃m: ⁊ in nomi
ne ſancto eius ſperauim⁹.
y Fiat mia tua dñe ſup nos:
quẽadmoduz ſperauimus
in te.

Pſalmus dauid cũ mu
tauit vultũ ſuũ coram abi
melech ⁊ dimiſit eũ ⁊ abijt
Vox ꝓphete benedicẽ
tis deum. ⁊ admonẽtiſ mã
ſuetos. vt cuz ipo in ei⁹ lau
de pſeuerẽt. ⁊ vt a delitijs
ſe abſtineant. iuſtoſqꜫ dicit
in ſua iuſticia liberandos:
impios xpo perituros.

Pſalmus. xxxiij.

a Benedicam dñm in oi
tpe: ſemp laus eiuſ in
b ore meo. In dño laudabit
aĩa mea: audiãt manſueti
c ⁊ letẽt. Magnificate dñm
mecũ: ⁊ exaltemus nomen

r Equum ponit ꝑ felicitate hũana que homines ſic portat. ⁊ accipit ſicut equus fallax. Jlle enim dum appetit campos: ſolet incautos fallere in ſe p̃ſumentes. iõ dicit̃ fallax equus. s Ergo oculi dñi ſunt ſup timentes euz. q2 eos ꝓtegit: quoſ ſe timere cognoſcit. Qui ſunt eniz timentes deum expo nit. i. ſperantes in mia eius. t Eruit a morte animas iuſtorũ: cum eas tulit de poteſtate diabolica. Alimẽtũ dictum eſt. quaſi mẽtis nutrimentũ. Jn fame eñi poſiti ſunt: qui ſe celeſtiũ reruz deſiderio ſemp accendunt.

v Cum dicit aĩa noſtra ſuſtinet: patientiã ſignificat xpiani. H̃ confirmat omnes virtutes in homĩe. Adiutor eſt: dum ad eũ ipi⁹ gratia conamur accedere. Protector: dũ reſiſtimus aduerſario.

x Letabitur cor noſtrũ. i. anima noſtra de ſpe future remuneratõis. Nomen patris filius eſt. in quem ſemper ſperare debemus.

y Unuſqſqꜫ antequã cantet iſtuz verſuz debet cogitare vt fideliter dicat: quẽadmodum ſperauimus in te. ne alibi ſua mens vacet. ſ firma ſpes ſit vt vere dicat. fiat ⁊c̃. vt q̃ nos p baptiſmũ ablui ſti. ſpũſſancti infuſiõe confirmes. ſicut in actibus aploꝝ cernim⁹ factum cum baptiſati receperunt ſpũſanctũ.

Oratio.

Paſce domine plebem tuaz in fame verbi. ⁊ eripe animas noſtras de morte peccati. vt repleti mia tua aggregari iuſtoꝝ gaudijs impertiente te mereamur. Per dñm.

Cum ſaul perſequeretur dauid fugit ad achis regem. ibiqꜫ dum eſſet inuidia. euz occidere volebant: ille xpo de induſtria mutauit vultum. ita vt ſaliuis ora cõpleret. vt furibundus eſtimaretur ⁊ illeſus relinqueretur. Et cum fugit inde iſtũ pſalmũ cantauit.

a Cũ ſe dicit deum benedicere oĩ tempore: docet nos nec in aduerſis ſuccumbere. nec in pſperis extolli. Semp eſt laus dei in ore hominis: quando talia vl̃ cogitat aut loquit̃: vt nulla redargutiõe culpetur. Laus xpo a lauro dicta ẽ. que ſolebat coronare victores.

b Tunc enim glorificatur fideliſ ſeruus quando laudabilẽ dominũ habere cognoſcitur. Audiant manſueti Jd eſt ſancti. Qui charitate ꝓpria. omniũ rerum habere temꝑantiã conſueuerant.

c Uocat eccleſia fratres. hortatur populos obedientes. vt nomẽ domini glorioſa ſocietate magnificent. ne inter officia ſanctitatiſ deteſtabiliſ inuidia miſceatur. Exaltemus nomen eius in id ipſum. Jn id ipm̃ ſignificat cõpoſitos choros. quando pſalmodiã domini: alterna ſibi ſucceſſione reſpondent.

d ℭ Exquiſiui dñm non lõgo ſpacio terra rum ſed in corde meo ⁊ exaudiuit me. qm̃ in tellectus xp̃i vniuerſa complectitur. i. vbiqꝫ intelligit ſe queri ⁊ exaudit. Dicendo ex oĩ bus liberauit me: nihil relictum eſt. quod re manſiſſe ſuſpiceris ad uerſum. ℜ Qui er go non audiuntur: nõ dñm querunt. Non. n. dixit exquiſiui auruꝫ a dño ſed dñm.

omnia habet. hoc eſt deum.

i ℑ Timete dñm omnibus ſanctis im perat. ne accepta ſecuritate decipiantur. ℭ Solus ipẽ nihil indiget: qui timore dei ditatus eſt. Omne enim bonum habet. quia deum timendo amat.

d eius in id ipſuꝫ. Exquiſiui dñm et exaudiuit me: ⁊ ex oĩbus tribulatõibus meis e eripuit me. Accedite ad eũ ⁊ illuminamini: ⁊ facies ve f ſtre non confundent. Iſte paup̃ clamauit ⁊ dñs exau diuit ÷ eum :· : ⁊ de oĩb⁹ tri bulationib⁹ eius ſaluauit g eum. Immittet angel⁹ dñi in circuitu timentiũ eum: ⁊ h eripiet eos. Guſtate ⁊ vide te qm̃ ſuauis ÷ ē :· dñs: bea i tus vir qui ſperat in eo. Ti mete dñm ÷ oĩes :· ſancti eius: qm̃ non eſt inopia ti k mẽtibus eũ. Diuites egue runt ⁊ eſurierũt: inquiren tes aũt dñm non minuent oĩ bono ÷ Dyapſalma :· l Venite filij audite me: ti morem dñi docebo vos. m Quis eſt homo qui vult vi tam: diligit dies videre bo n nos. Prohibe linguam tu am a malo: et labia tua ne o loquantur dolum. Diuer te a malo. et fac bonum:

e ℑ Accedite ad eũ non loco ſed fide ⁊ ope re. ⁊ illuminamini. ſcꝫ mente ⁊ intellectu. q̃a niſi credideritis nõ in telligetis. Et facies ve ſtre non confundentur in iudicio quo impij cõ fundentur in cõdemna tõem.

f ℑ Iſte paup̃ cla mauit. i. xp̃c. qui p̃ no bis pauper factus eſt ĩ paſſiõe clamauit ad pa trẽ. ℭ Quando cla mauit: ſalutariter ẽ au ditus. ſed ex omnibus mundanis anguſtijs ẽ liberatus. ℑ Qñ eum reſuſcitauit a mor tuis. g ℑ Haud dubiũ eſt timentes do minũ ab angelis cuſto diri. Ideo alia lr̃a ha bet. Emittet ãgelũ do minus. ℭ Angelus em̃ miniſter eſt volun tatis diuine. quapropt̃ ſi vis angelum te fieri: fac quod p̃cipit. vt libe res periclitaantẽ. Eri pias innocentẽ. ſubue nias anxio ⁊c̃. que di uina iubet auctoritas.
h ℭ Guſtate. non p̃ tinet ad palatum: ſ ad anime ſuauiſſimũ ſen ſum. ℑ Qui perfe

k ℭ Tunc egent di uites. quando non ha bent rectaꝫ fidem. Eſu rient: quando minime a domini corpe ſatian tur. diuites ventre. eſu rientes ſemp̃ ſpũ. quid em̃ habeant. qui dñm non habent. Inquirẽ tes dñm non deficient vllo bono. quoniã ſpi rituali deſiderio p̃fruũ tur. Nam cuꝫ diligim⁹ dñm: in ipõ omnia re perimus.
l ℭ Vox paterna ſo nat ad illos qui prima rudimenta ſuſcipiunt. vt veniant ad fidẽ xp̃ia nam: duꝫ dicit docebo vos. admonet ne paue ſcamus q̃ audiuimus timorem. Non eſt eniꝫ iſte timor qui formide tur ſed qui diligat̃. Ti mor humanus amari tudinẽ habꝫ iſte dulce dinem.
m ℑ Propheta ꝟ interrogãdo loquitur. quis vitam eternaꝫ cu pit videre. vt cum ſan ctis iocundetur in re gno dei. qd̃ ſi vis. fac quod ſequitur ⁊ vide bis. i. habebiſ vitã eter nã ⁊ dies bonos ⁊ eter nos.
n ℭ Prohibe lin guam tuam a malo col loq̃o. addidit labia. q̃ lingue motum p̃tinus conſequuntur. Dolus

cto animo deum tymet ⁊ p̃cepta cuſtodit. et ita ſenti xp̃m: tunc intelligit q2 ſuauiſ eſt. q2 ipẽ eſt panis viuus q̃ de celo deſcẽdit. Bea tus dicitur qui in eum ſperat. ⁊ non incertũ diuitiaꝝ. Et ideo beatus. q2 illum habꝫ qui

autem eſt qñ fallimus audientẽ.
o ℑ Diuerte a malo ⁊ fac bonũ. i. deſtrue vicia. ⁊ edifica ꝟtutes. Inquire pacẽ. ℭ Nullus põt p̃uenire ad autorẽ pacis ni ſi hic diligentius p̃ pura op̃a inquirat.

p ¶ Cum dicit. oculi dñi ſup iuſtos: cõtinuam gratiã diuinitatis oſtendit. In Et aures eius. qꝫ quicquid ſancti rogant ꝯ bono exaudit de⁹. ¶ Que em̃ mora fiat ad audiendũ: cum in ipis habitet ipe deus qui exaudit. q ¶ Ne diceret peſſimi: iuſtos attendit. nos aũt non reſpicit. ſecuri faciamus qꝫ ab illo conſpici non meremur. iõ pnunciat vultũ dñi. i. intellectuꝫ vel cõſideratiõem eẽ ſuper malos. De t'ra vo dicit eos diſꝑdere. i. de futura patria. quã ſoli deo placidi poſſidebũt ¶ Peribit memoria eoꝝ qꝫ non erit iniquoꝝ inter iuſtos vlla cõmemoratio. In Vel vultũ hic furorẽ intelligimus q̇ minando iram: memoriã peccati a terra diſꝑdit. r ¶ Iuſtos clamaſſe ad deum dicit. ꝛ ſꝑ pfitet' auditos. martires etiaꝫ (q̇s de ſupplicijs tirannoꝝ minime liberauit de⁹) ſunt exauditi ꝛ liberati qñ ad celoꝝ regna ꝑducti: oĩbus tribulatõnibus pbant' exuti.

s In ¶ Iuxta ſignificat nõ loco ſꝫ auxilio. ¶ Qui tribulato ſũt corde. multi. n. tribulãtur ſed non ex corde. q̇ peccata nõ deflent. ſed mundana eos dãna cõtriſtant. In Humiles ſpiritu. i. mites. q̇s xp̃c ſaluabit. celeſtia regna tribuendo.

t ¶ Multe reuera ſt' tribulatiões iuſtoꝝ. q̇a eos diabolus validius inſequit'. Sꝫ in hoc qꝫ ſubditur liberauit eos dñs de oĩbus his. oñdit' potentia creatoris que liberat iuſtum ab oĩbus tribulatõibus. In Quia vo multe tribulatões iuſtoꝝ. iõ qui tribulatõem nõ patit' iuſtus non eſt.

v ¶ Oſſa dixit: fideliũ in virtutibus firmitatẽ. ipatientiã ꝛ manſuetudinẽ. que perire in ſanctis nequeunt. ne conteri a diabolo quia dño cuſtode ſeruant'. x ¶ Reuera peſſima mors peccatoꝝ. qꝫ eam eterna pena comitatur. Peſſima eſt dicta. quaſi peſſundata. ſ. penis eternis. Et qui oderant iuſtum. In Id eſt xp̃m: ſine cauſa delinquunt. id ẽ deũ derelinquunt odiẽdo bonuꝫ. ꝛ ita ad mortẽ eternã peccant. vl' iuſtum. i. vnũquẽq; ſctm̃

y In Redimet dñs. ſcꝫ ſanguine p̃cioſo. ¶ Quia qui in ipſo recte crediderit a peccatoꝝ debita captiuitate redimitur. Animas frequẽter ſcriptura diuina ponit p hoibus. Addidit ſuoꝝ ſuoꝝ. i. non iniqua libertate viuentiũ. ¶ Et nõ delinquẽt. ſ. tanq̃ paſtor bonus. In Neq; h' neq; in futuro. ¶ Qui ſperant in eũ non in ꝓꝓrijs virib⁹ p̃ſumentes.

Oratio.

Angeloruꝫ ꝛ totus creature diſpoſitor deus: emitte angelum tuũ in circuitu noſtro. cuius ambitõe muniti. mereamur a peccatoꝝ morte peſſima liberari. Per.

¶ David ſicut diximus duas ſignificationes amplectitur. manu fortis et deſiderabilis quod vtrunq; domino ſaluatori certũ eſt ꝯuenire. ¶ Clamat xp̃c ex humana infirmitate vt damnent' nocentes id eſt diabolus cũ miniſtris: malos em̃ iudicari dãnare eſt. Qui impugnat ſuꝑare cõtendit. Qui expugnat': iam oĩno victus eſt. Immundi ſpũs impugnatores dicuntur, qꝫ lꝫ ſanctos vincere ne

inquire pacẽ ꝛ pſequere eã
p Oculi dñi ſup iuſtos: ꝛ au
q res eius in p̃ces eoꝝ. Vultus ÷ aũt :· dñi ſup facientes mala: vt ꝑdat de terra
r memoriã eoꝝ. Clamauert ÷ iuſti :· ꝛ dominus exaudiuit ÷ eos :· : ꝛ ex oĩb⁹ tribulatõib⁹ eoꝝ liberauit eos.
s Iuxta eſt dñs his qui tribulato ſunt corde: ꝛ hũiles
t ſpũ ſaluabit. Multe tribulatiões iuſtoꝝ. ꝛ de oĩbus
v his liberauit eos dñs. Cuſtodit ÷ dñs :· oĩa oſſa eorũ vnum ex his non cõteret'.
x Mors peccatoꝝ peſſima: ꝛ qui oderunt iuſtũ delin-
y quent. Redimet dñs animas ſeruoꝝ ſuoꝝ: ꝛ nõ delinquent oĩes qui ſperãt in eo.

¶ ÷ Ipſi :· dauid. ¶ Xp̃c de ſua paſſione dicit ad patrem ꝑetens ſe ab inimicorũ pſecutõe liberari.

Pſalmus. xxxiiij.

a Iudica dñe nocentes me: expugna ipugnã-

queant ɔtendere tñ cum eis non deſiſtunt. b ℂ Arma ab arcendo dicta ſunt. ꝙ ꝑ ea hoſtes violẽtiſſimos arceamus. ꝑ arma. celeſtia adiutoria. ꝑ ſcutũ: diuina ꝓtectio deſigꝰ tur. Scutũ eñ dictũ eſt: q̃ſi ſculptũ. ꝙ in ipo antiq̃ fctã ſua ſignabãt Sola ꝟo volũtas dñi ẽ qua protegit ꝑclitantem ⁊ expugnat aduerſum.

.i. ſpũs malus nõ natura ſed ſua inuentione coartat eos. .i. inq̃ꝝtũ poteſt ꝑſequit̃ eos. .i. q̃ꝝtum ſibi ꝑmittit̃. habet enĩ diabolus voluntatẽ nocendi ſ̃ nõ habet ꝑtãtem faciendi. g ℂ Via. .i. oꝑa tenebroſa illis fiãt. vt horreant mala facere. Lubrica. vt in eiſdem ſtare diutius non poſſint et ſi decreuerint plus ĩmorari virtus dñi ꝑſequat̃ eos ita vt in ſceleribꝰ ſuis lõgiꝰ herere ñ ſinat. q̇ ad interitũ feſtinãt. h ℂ Abſcõderunt mihi gratis. .i. ſine cauſa ſcʒ iudei vt illi putabant. qui enĩ diuinitatis eius potentiaʒ ñ credebãt. illi putabant ſe abſcondiſſe interitũ. Benedictũ eſt interitum laquei ſui. q̄ꝛ ille laqueus nõ morientis erat dñi: ſ̃ peccãtis interitus. Supuacue .i. falſe. exprobrauerũt qñ chriſto dicta ſua veracia quaſi aliquod crimen imputabant.

ℜ et inutiliter egerũt. q̄ꝛ exprobratio iſta nullã habuit vtilitatẽ. i ℜ Excidiuʒ illud minat̃ ꝓpheta quod aduenit iudeis in tꝑibus veſpaſiani. Et captio. quã occultauerunt apprehendit eos. .i. mors repentina: quam domino noſtro moliebantur occulte. k ℂ Prima quippe ſancte anime beatitudo eſt: exultare in dño. Delectabitur ſuꝑ ſalutare eius. ℜ Salutar̃ noſter xp̃s eſt. q̄ꝛ in eo delectabit̃ eccl̃ia.

c ℜ Framea hic intelligit̃ aĩa xp̃i vel̃ cuiuſlibet ſancti. quia deus ꝑ aĩam chriſti fecit vindictam contra diabolũ ⁊ ꝑ animã cuiuſlibet ſãcti facit vindictam. ſicut ꝑ petꝝ fecit ananie ⁊ ſaphire. Et conclude petit eccleſia vt cõcludat aduerſarios ſuos. ne valeant ad nocẽdũ exire. Dic anĩe mee. vt te intelligat: quia tu ſalus eius es.

d ℣ Confũdi: ẽ facta ſua erubeſcere et in melius cõmutare Maʒ licʒ cõfuſi dicant̃. qui conuincunt̃ ad penaʒ tamẽ vt hic ad cõuerſionẽ intelligeres confuſionẽ petitam addidit reuereant̃. .i. emendati dati diligant: quem ꝑſequendũ eſſe putauerant. Querentes dominũ. in malam parteʒ dicit. qui ſcʒ ſic querũt vt eam a corꝑe ſegregare feſtinent.

e ℂ Auerti autez retrorſum: non dicit̃ niſi illis qui corrigendi iudicant̃. At petro redi retro me ſathanas. Qui cogitant ſiue de iudeis ſeu de hereticis ſiue paganis dixit. mala enĩ omẽs cogitant qui preter catholicam fidẽ aliqua praua intentione docere feſtinant f ℜ Puluis. leues infructuoſi homines dicti ſunt. quia ſicut puluis a vento: ſic peccatores a ſentẽtia diuina in die iudicij ꝓijciunt̃. Angelus dñi

b tes me. Apphende arma ⁊ ſcutũ: ⁊ exurge in adiutorium mihi.
c Effunde frameã ⁊ ɔclude aduerſus eos q̇ ꝑſequunt̃ me: dic aĩe mee ſa-
d lus tua ego ſum. Cõfundãtur ⁊ reuereant̃: querentes
e aĩaʒ meã. Auertant̃ retrorſum ⁊ cõfundant̃: cogitã-
f tes mihi mala. Fiãt tanq̃ꝝ puluis añ faciẽ vẽti. ÷ et: angelꝰ dñi coartãs ÷ eoſ:
g Fiat via illoꝝ tenebre ⁊ lubricũ: ⁊ ãgelus dñi ꝑſeq̄nſ
h eos. Qm̃ gratis abſconderũt mihi interitũ laquei ſui ſuꝑuacue exprobrauerunt
i aĩam meã. Veniat illi laq̃us quem ignorat: ⁊ captio quã abſcõdit apphẽdat eũ ⁎ ⁊: in laqueũ cadat ÷ ĩ ip-
k ſum:. Aĩa aũt mea exultabit in dño: ⁊ delectabit̃ ſuꝑ
l ſalutari ſuo. Oĩa oſſa mea dicẽt: dñe. q̇s ſimilis tui.
m Eripiens inopem de ma-

l ℂ Oſſa: fortitudinẽ aĩ ⁊ cõſtantiã mentis ꝟcant que merito oſſibus compant̃. q̄ꝛ ſicut illa corpus. ita ⁊ hec ſctãs voluntates corroborant. ℂ Quis negatiuũ eſt ſimilis tui. ℜ id eſt nullus quis poteſt ſimilis eſſe deo. m ℂ Eripuit xp̃s. pene to-

rum genus humanũ de illa ptãte diaboli q̃ tunc per mundũ regnabat. homo enĩ erat in ops. q: mortalis egenus q: in labore ꝛ ſudo re panem queſiuit. Paup q: de ſapientia et puritate deiectus a diripientibus ĩmundis ſpiritibus ſolam tenuẽ ꝛ vmbratilez ratiuncu lam poſſidebat.

n ℭ Nunc cõmento rat xp̃s de ꝓpria paſſio ne. Contra eũ enĩ teſteſ ſubito impetu conſur gebant reuera iniq̇ .q̇a erant cõtra equitatem locuturi. Addidit igno rabam. i. ipi narrabant illa que me dixiſſe omĩ modis neſciebam.

o ℭ Retribuebant mihi mala ꝓ bonis. q̇a cũ chriſtus vitaz credẽ tibus ꝯtulerit: illi mor tem ecõtra reddere ma luerũt. Sterilitas ani me fuit. qñ magiſter bo nus in ipſis fructum fi dei reperire nõ potuit.

p ℭ Ego dum mihi moleſti eſſent iudei. id dum iudei eſſent mole ſti ꝑ cõtumelias ꝛ inſi dias xp̃o: induit ſe cili cio. ℟ id eſt diuini tas carne. ꝛ de pctõ dã nauit pctm̃. ℭ indu it xp̃o ſe carne diuinitaſ .i. occultauit carnis ve lamẽ iſe tenebroſis mẽ tibus q ℭ Ieiuni um dictuz eſt enĩ quaſi mediũ. quod abſtinen tes diutius: ad inediã vſq̧ perducat. Ieiuna uit xp̃s in monte qua draginta dieb⁹. Et ora tio mea. i. dum fundebat a domino in cruce ꝛ eam miſeri iudei minime ſuſcipere mererẽ tur. remeabat in ſinũ eius. i. in ſecretum pe ctoris: vnde fuerat egreſſa.

r ℭ Mutatus eſt hic caſus nominũ. pro ablatiuis enĩ ſunt actĩ poſiti. Dicit enĩ qua ſi de proximo. quaſi de fratre noſtro: ita mi hi complacebam. i. de eoꝝ cõiunctõe gaude bam, qui me hoſtiliter inſequebant, Cõpla

nu fortiorum eius: egenuz
et paupem a diripientib⁹
n eũ. Surgentes teſtes iniq̇:
que ignorabaz interrogabãt
o me. Retribuebãt mihi ma
la pro bonis: ſterilitatẽ aie
p mee. Ego aũt cũ mihi mo
leſti eẽnt: induebar cilicio.
q Humiliabã in ieiunio ani
mã meã: ꝛ oratio mea in ſi
r nu meo cõuertet. Quaſi ꝓ
ximũ quaſi fratrẽ noſtrum
ſic cõplacebaz: quaſi lugẽſ
ꝛ contriſtatus ſic humilia
